

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber Florvm Beati Bernardi Abbatis Clarevallensis

Bernardus <Claraevallensis>

Augusta Vindelicorum, 1519

VD16 B 1923

Incipiunt capitula libri Septimi.

urn:nbn:de:bsz:31-62161

BEF

IRA

ADE

ST

Liber

consideratione. O q̄ male mali omnes locati sunt. Vident vt confundant, & nō vident ne consolent. A quo vel a quibus vident. Ab omni vidente: vt pro multitudine inuentū: sit confusio multa. Atq; nullus de tanta numerositate spectantiū molestior oculis cuiusq; suo. Nō est aspectus siue in cœlo / siue in terra: quem tenebrosa conscientia suffugere magis velit: minus possit. Non latent tenebre: vel seipsas se vident quę aliud non vident. Opera tenebrarum sequunt illas. Non est quo se abscondant ab illis. Hic est vermis qui non morit memoria p̄teritorę. Semel iniectus vel potius humatus per peccatū: hæ sit firmiter. nequa q̄ deinceps auellendus. Nec cessat rodere conscientia. eaq; passus esca vtiq; inconsumptibili perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem & mortem viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuentis & vitę morientis. Hęc secunda mors quę nunq̄ peroccidit: sed semper occidit. In quibusdā sententijs. Vbi nimirū peccati ipsius & carnis quodammodo similis videbit esse conditio. vt quemadmodum culpa semper puniri poterit: nec vnq̄ poterit expiari. sic nec in corpore aliquando tormenta finire: nec corpus ipsum exinaniri valeat in tormentis. Merito quidem vltio sempiterna desæuiet q̄ nunq̄ possit culpa deleri. nec substantia carnis deficiet: ne similis cogatur etiam afflictio carnis terminari. Hęc fratres mei qui pauet cauet: qui negligit incidit. ¶ Explicit liber. VI.

Incipiunt capitula libri Septimi.

De ascensione & descensione dñi. i	De duabus alis animarum.	xij
De descensione & ascensione nra. ij	De duabus opationib⁹ ser. dñi. xij	
De duplici morte hominis. iij	De duplici lingua dei & aiæ. xij	
De morte & vita christi. iij	De vigore & languore amoris. xv	
Q̄ chrs̄ q̄a homo fuit: mori potuit	De duplici caritate. actuali & af-	
q̄a iustus: mors ei⁹ nos liberauit. v.	fectuali.	xvi
De infirmitate & maiestate chri. 6	Q̄ alius sit ordo caritatis actua-	
De duobus considerandis in ope-	lis: alius affectualis	xvij
re nostre redemptionis. vij	De duplici humilitate.	xvij
De duabus rebus quę consolantur	De humilitate & humiliatōe. xix	
ecclesiam presentem. viij	De intellectu & affectu.	xx
De duplici dilectione. spiritali &	De cognitione & amore	xxi
carnali. ix	De meditatione & orōne.	xxij.
De vita & sensu anime. x	De duplici confessione.	xxij.
De duob⁹ gradib⁹ in vita spūs. xi	De duabus specieb⁹ sup̄bie. xxij	

De duabus sp̄ibus hūilitatis. xxv	De gemino argumēto amoris dei erga nos.	I.
De duobus quibus sibi cauet con- tempor hūanę laudis. xxvi	De duplici consilio, bonorum sci- licet & malorum.	li
De duobus in consilijs n̄arijs. 27	De profectu & defectu	lij
De duobus in quę diuiditur mo- nasterialis obseruatio xxviij	De duplici consideratōe sui.	liij
De duobus in monasterijs obser- uandis. xxix	De duplici pudore.	liiij
De auctoritate præcipientium/ & qualitate præceptorum. xxx	De lege & gratia.	lv
De neglectu & contemptu man- datorum. xxxxi	De duplici genere præceptorū.	lvā
De gemina specie viciōrū. xxxiij	De duplici ira dei.	lvij
De veteri & nouo homine. xxxiij	De duobus diebus.	lvij
De duplici timore xxxiij	De ob duplicem causam : nobis deus ministrat temporalia.	lix
De duab⁹ filiabus ignorantię. 35	De prosperitate & aduersitate.	lx
De duplici malo, innato & semi- nato. xxxvi	De gemina vnitate bonorū.	lxi
De duplici corruptione animę sci- licet & corporis. xxxviij	De duplici generatione	lxij
De duplici malicia diaboli. 38	De fide & specie	lxij
De duplici scientia mala. xxxix	De duobus quę in intentione ne- cessaria sunt	lxiiij
De duabus sanguifuge filiabus. xl	De gratia & libero arbitrio.	lxv
De duobus generibus hostium nobis aduersantium xli	De voluntario consensu & natu- rali appetitu	lxvi
De duobus lateribus scalę xliij	Quid habeamus ex gratia : quid ex libero arbitrio	lxvij
De duobus modis se debet vnus quisq; irreprehensibilem exhibere coram deo & hominibus xliij	De præsentia nostra cum deo : & pigrinatione n̄ra ab ipso.	lxviij
De duplici conuersione : scilicet ex teriori & interiori. xliiij	De virtute & sapientia	lxix
De duobus modis a corde vita procedit. xlv	De actiua vita & cōtēplatiua. >o	lxx
De vicijs & virtutibus pariter cō- sistentibus. xlvi	De duobus generibus pariendi spiritali matrimonio	lxxi
De voluntate & opere xlviij	De duplici excessu	lxxij
De timore & iustificatione. xlviij	De duplici promissione dei.	lxxiij
De duplici abyfso. xlix	De duplici sessione corporis scilicet & animę in futuro	lxxiiij
	De gaudio domini & expectatio ne animarum sanctarum	lxxv
	De duplici glutino quo sibi cohæ- rent beatissimus in celo.	lxxvi

Expliciunt cap. viij. lib.

Incipit liber Septimus.

AA 3

AF L
B E F
A A
E R A

Liber

Capitulum. I. De ascensione & descensione domini. In quibusdam sententijs.

Dominus noster Iesus Christus volens nos docere quomodo in caelum ascenderemus: fecit ipse quod docuit, ascendit in caelum. Et quoniam ascendere non poterat nisi prius descendisset: descendere autem eum vel ascendere non patiebatur diuinitatis suae simplicitas, quippe quae nec minui potest: nec augeri: aut aliquo modo variari, assumpsit in unitate suae personae naturam nostram, id est humanam, in qua descendere & ascendere: viamque nobis qua & nos ascenderemus ostenderet. Manens itaque quod erat in natura sua: descendit & ascendit propter nos in nostra, attingens nimirum a fine usque ad finem fortiter: & disponens omnia suaviter. Descendit siquidem quo inferius non deiecit: ascendit quo celsius non potuit. Ipsumque descendit egit fortiter, quia virtus erat. Ascensum disposuit suaviter, quia sapientia erat. Sunt autem gradus in descendendo: sunt & in ascendendo. In descendendo primus quidem gradus est a summo caelo usque ad carnem, secundus usque ad crucem, tertius usque ad mortem. Ecce quousque descendit. Vidimus descensum: videamus & ascensum. Sed & ille quoque triplex est. Et eius primus gradus: gloria resurrectionis, secundus potestas iudicij, tertius confessus ad dexteram patris. Et de morte quidem meruit resurrectionem: de cruce iudicij potestatem, ut quoniam in illa iniuste iudicatus est: de illa iustitiam obtineret iudicij censuram. Ipsam vero serui formam, id est carnem in qua passus est resuscitatus egressus super omnes caelos & super omnes angelorum choros usque ad dexteram patris. Quid hac dispositione suauius ubi mors absorbetur in victoria: ubi ignominia crucis vertitur in gloriam: ubi & ipsa carnis humilitas ex hoc mundo transit ad patrem? Hac ascensione nihil sublimius: hoc honore nihil gloriosius dici potest aut excogitari. Sic per incarnationis suae mysterium descendit & ascendit dominus: relinquens nobis exemplum ut sequatur vestigia eius.

Capitulum. II. De descensione & ascensione nostra. In quibusdam sententijs.

D
cont
mo v
nam
dus al
cuis ir
in sup
gradu
praer
ctio
dus
mut
tion
appo

P
dixera
nanq
deus e
re, nola
uere: no
deo: no
vi imp
anima
ma n
cong
culpa
sed m
li & vo
corpali
nostra

Descendamus per viam humilitatis: Ponaturq; nobis primus gradus eius, id est primus perfectus, nolle dominari, secunda velle subijci, tertius in ipsa subiectione quasi libet contumelias & iniurias illatas æquanimiter pati. Diabolus & homo vterq; ascendere p̄postere voluit, hic ad scientiã: ille ad potentiam, ambo ad superbiã. Non sic ascendere velimus. Primus gradus ascendendi est innocentia operis: secundus mundicia cordis: tertius fructus ædificationis, quos gradus miro modo inuenimus in superioribus gradibus descensionis. Ibi quippe fuerat tertius gradus: tolerantia iniuriarũ. Ipsa est que probat huius ascensionis præmiũ, i. innocentia operis. Ibi secundus fuerat patientia subiectionis, & ipsam operatur mundicia cordis que est secundus gradus ascensionis. Ad hoc enim doctores prælatos habemus vt cormundemus. Ibi etiam primus gradus fuerat contemptus dominationis: hic tertius est fructus ædificationis. Quisquis aut̄ dñari nõ appetit: is perfectio fructuose præest cæteris institutis.

¶ Capitulum. III. De duplici morte hominis. In

libro de laude noue militie. capitulo. xi.

Peccatum p̄cessit vt sequeretur mors, quod sane si cauisset homo: mortem non gustasset in æternũ. Peccando itaq; vitam amisit & mortem inuenit. Quonia quidem & deus ita prædixerat: & iustũ profecto erat vt si peccaret homo moreretur. Quid namq; iustius poterat q̄ recipere talionem? Vita siquidem anime deus est: ipsa corporis. Peccando voluntarie volens perdidit viueret, nolens perdat & viuificare. Sponte repulit vitam: cum noluit viueret: non valeat eam dare cui vel quatenus voluerit. Noluit regi a deo: non valeat regere corpus. Si non paret superioris: cui inferiori imperet? Inuenit conditor suam sibi rebellem creaturã: inueniet anima suam sibi rebellem pedissequã. Non potuit diuidi a deo anima nisi peccando: nec corpus ab ipsa nisi moriendo. Nil profecto congruentius q̄ vt mors operata sit mortem, spiritalis corpalem, culpabilis poenalem, voluntaria nãriã. Cũ ergo hac gemina morte scdm naturã vtrancq; fuisset damnatus homo, altera qdem spiritali & voluntaria, altera corpali & nãria. Vtriq; deus homo vna sua corpali ac voluntaria: benigne & potenter occurrit. Illaq; vna sua nostrã vtrancq; dã nauit. Merito qdem, nã ex dualibus mortibus nãis

cum altera nobis in culpe meritū; altera in poenę debitum reputa-
retur suscipiens poenam & nesciens culpam dum sponte & tantū
in corpore moritur & vitam nobis & iusticiā promeret. Alioquin
si corporaliter non pateret: debitum nō soluisset. Si non volonta-
rie moreret: meritum mors illa nō habuisset. Nunc autem si (vt di-
ctum est) mortis meritum est peccatū & peccati debitū mors: Chri-
sto remittente peccatum & moriente pro peccatoribus: profecto
iam nullum est meritum: & solutum est debitum.

¶ Capitulū. III. De morte & vita Christi.

In eodem vbi supra capitulo. x.

Amplius mouet ad pietatem mortis Christi: q̄ vitę reco-
datio. Puto q̄ illa austerior: hæc dulcior videatur: magis
q̄ infirmitati blandiat̄ humane quies dormitionis: q̄ la-
bor conuersationis. mortis securitas: q̄ vitę rectitudo. Vita Chris-
ti viuendi mihi regula extitit: mors a morte redemptio. Illa vitam
instruxit. mortem ista destruxit. vita quidem laboriosa: sed mors
preciosa: vtraq̄ vero admodū necessaria. Quid enim Christi pro-
desse poterat siue mors nequiter viuenti: siue vita damnabiliter
morienti? Nunquid deniq̄ aut mors Christi etiā nunc male vsq̄
ad mortem viuētis a morte eterna liberat aut mortuos ante Chri-
stum sanctos patres vitę sanctitas liberauit? Nunc ergo quia vitū
q̄ nobis necessariū erat & pie viuere & secure mori. viuendo vs-
uere docuit. & mortem moriendo securā reddidit. Qñ quidem re-
surrecturus occubuit. & spem fecit morientibus resurgendi.

¶ Cap. V. Q̄ Christus quia homo fuit mori potuit: quia
iustus mors eius nos liberare potuit. vbi supra cap. xi.

Vnde confidimus q̄ Christus mortem abstulit. Hinc pla-
ne q̄ eam ipse qui non meruit pertulit. Quia enim ratio-
ne iterum exigere a nobis qd̄ pro nobis ille iam soluit
qui peccati meritū tulit: suam nobis donando iusticiā? Ipse mortis
debitū soluit. & reddidit vitam. Sic nancq̄ mortua morte reuertit̄
vita: quemadmodū ablato peccato rediit iusticia. Porro mors in
Christi morte fugatur / & Christi nobis iusticia imputat̄. Verum
quomodo mori potuit qui deus erat. Quoniā nimirum & homo
erat. Sed quo pacto mors illius hominis pro altero valuit: quia &
iustus erat? Profecto nancq̄ cum homo esset mori potuit: cum ius-

stus debuit non gratis. Non quidem peccator mortis sufficit soluere debitum pro altero peccatore: cum quisque moriatur pro se. Qui autem mori pro se non habet: nunquid pro alio frustra debet? Quanto sane indignius moritur qui mortem non meruit: tanto iustius pro quo moritur uiuit. Sed que inquit iusticia est ut innocens pro impio moriatur? Non est iusticia sed misericordia. Si iusticia esset: iam non gratis sed ex debito moreretur. Si ex debito quidem ipse moreretur is pro quo moreretur: non uiueret. At uero si iusticia non est: non tamen contra iusticiam est. Alioquin & iustus & misericors simul esse non posset. Christus igitur & mori potuit cum sit homo & mortis moriendo soluere debitum: quia iustus.

¶ Cap. VI. De infirmitate & maiestate Christi. ubi supra.

Totum nobis de Christo ualuit. totum salutiferum. totumque necessarium fuit: nec minus profuit infirmitas quam & maiestas. Quia etsi ex diuinitatis potentia peccati iugum iubendo sum mouit: ex carnis tamen infirmitate mortis iura concussit moriendo. Sed & illa eius iusticia per quam ei placuit saluum facere mundum. ut mundi confutaret sapientiam & confunderet sapientes: quod uideretur cum in forma dei esset deo æqualis: semetipsum exinanit formam serui accipiens: quod cum diues esset: propter nos egenus factus est. de magno paruus: de excelsis humilis: infirmus de potente. quod esuriit: quod sitiit: quod fatigatus est in itinere: & cætera que passus est uoluntarie non necessitate. Hæc igitur quædam ipsius stulticia. non sane fuit nobis uia prudentiæ. iusticiæ forma: sanctitatis exemplum? Mors igitur a morte. uita ab errore a peccato gratia liberauit. Et quidem mors per iusticiam suam peregit uictoriam: quia iustus per soluendo que non rapuit: iure omnino quod amiserat recepit. Uita uero quantum ad se pertinuit: per sapientiam adimpleuit. que nobis uitæ & disciplinæ exemplum & documentum ac speculum extitit. Porro gratia ex potestate peccata remisit. quia omnia quecumque uoluit fecit. Mors itaque Christi mors est mee mortis: quia ille mortuus est ut ego uiuerem. Quo pacto enim iam non uiuat: priuo quo moritur uita? Si ergo lex spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit nos a lege peccati & mortis ut quid adhuc morimur & non statim immortalitate uestimur? Sane ut dei ueritas impleatur: quia enim misericordiam & ueritatem diligit deus. necesse est quidem mori homi

Libe

nem quippe quod p̄dixerat deus: sed a morte tamen resurgere
ne obliuiscatur misereri deus. Ita ergo mors etsi non perpetuo do
minatur: manet tamen p̄pter veritatem dei vel ad t̄ps in nobis.

¶ Capitulū. VII. De duobus considerandis in opere
nostrę redemptionis. Super can. sermo. xi.

Quoniam bona quę largiri mortalibus non cessat miseri
cors & miserator dominus: recollere & recolligere omnia
omni homini impossibile est. Id saltem quod p̄cipuum
est & maximū opus videlicet nostrę redemptionis a me
moria redemptorę aliquatenus nō recedat. Id quo opere duo po
tissimū indicare curabo. Duo illa sunt modus & fructus. Modus
siquidem dei exinanitio est. fructus vero de illo nostri repletio. hoc
meditari sanctę spei seminarium est. Illud summi amoris incentiuū.
Vtrunq; profectibus nostris necessarium est: ne aut spes mer cenna
ria sit si amorem non comitet: aut amor tepescat si infructuosus
putetur. Porro fructus quem expectamus a deo non erit nisi ex
deo. Erit inquit deus omnia in omnibus. Vt de corpore taceam in
anima tria intueor: rationem/voluntatem/memoriā. Et hæc tria
ipsam animā esse. Quantū cuiq; horum in p̄senti sæculo desit de
integritate sua & perfectiōe sua: sentit omnis qui ambulat in spi
ritu. Quare hoc: Nisi quia deus nondum est omnia in omnibus.
Hinc est q̄ ratio sapissime in iudicijs fallitur. voluntas perturba
tione iactatur. & memoria multiplici obliuione confundit. Tripli
ci huic vanitati nobilis creatura subiecta est non volens. In spe ta
men: nam qui replet in bonis desiderium anime: ipse rationi futurus
est plenitudo lucis. ipse voluntati multitudo pacis. ipse memorię
continuatio æternitatis. vt sit deus omnia in omnibus: ratione re
cipiente lucem inextinguibilem. voluntate pacem imperturbabilem
consequente: memoria fonti indeficienti æternaliter inhaerente.
Hæc de redemptōis fructu. In modo quoq; quem dei esse exina
nitioem diffinimus: tria item p̄cipue intuenta cōmendo. Nō
enim simplex aut modica illa exinanitio fuit: sed semetipsum exina
niuit vsq; ad carnem. ad mortem. ad crucem. Quis digne penset
quantę fuerit humilitatis. mansuetudinis. dignationis dominum
maiestatis carne indui. mulctari morte. turpari cruce? Sed dicit ali
quis. Non valuit opus suum reparare creator absq; ista difficul

tate: Valuit, sed maluit cum iniuria sui quo multe dilectionis hominem debitorem teneret: commoueretque gratiarum actionis difficultas redemptionis quem minus deuotum fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creatus & ingratus? Gratis quidem conditus sum: sed nullo auctoris grauamine vel labore. Siquidem dixit & factus sum: quemadmodum & vniuersa. Sic beneficium creationis attenuans humana impietas: ingratitude materiam inde sumebat: unde amoris causam habere debuerat. Sed obstructum est os loquentium iniqua. Luce clarius patet: quantum modo pro te O homo dispendium fecit. De domino seruus: de diuite pauper: caro de verbo: & de dei filio: hominis fieri filius non despexit. Memnato iam te, et si de nihilo factum: non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia: & te inter omnia. At uero per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terre. O quantum laborauit sustinens carnis necessitates, hostis temptationes. Nonne sibi aggrauauit crucis ignominiam: & mortis cumulauit horrorem.

¶ Cap. VIII. De duabus rebus que consolantur ecclesiam presentem. Super cantica. sermone. lxiij.

Eccliam tempore & loco peregrinationis sue due res consolantur. De preterito quidem memoria passionis Christi. de futuro autem que se in sortem sanctorum cogitat & confidit recipendam. Ambo hæc veluti ante & retro oculata insatiabili desiderio contuetur: & vterque illi intuitus admodum gratus: & vterque est illi refugium a tribulatione malorum & dolore. Integra consolatio cum non solum quid sibi expectandum: sed & unde sit presumendum nouerit expectatio læta: nec dubia que Christi morte firmata est. Cur pauet ad premij magnitudinem que precij dignitatem considerat: que libens mente inuisit foramina: per que sibi sacrosancti sanguinis precij fluxit. Que libens perambulat diuersoria & mansiones que sunt in domo patris multe atque diuersæ: in quibus habet collocare filios suos pro quorumcunque diuersitate meritorum. Et nunc quidem que solum interim potest: sola in his memoria requiescit, cœleste habitaculum quod de sursum est iam animo induens. Erit autem cum implebit ruinas: cum cavernas & corpore inhabitabit & mente: cum vacua domicilia que antiqui relique

rant habitatores. ipsa suę vniuersitatis illustrabit presentia; foeliciter
de cetero perfectione sua atq; integritate gaudente.

¶ Capitulum. IX. De duplici dilectione spiritua-
li & carnali. Super cantica, sermone. lxxv.

Vere & proprie ad solam pertinet animā illa dilectio qua
aliquid spiritualiter diligit. verbi gratia. deum; angelum;
animā; sed etiam diligere iusticiam; veritatem; pietatem;
sapientiam; virtutesq; alias huiusmodi. Nam cum scdm carnem
quippiam diligit vel potius appetit anima; verbi gratia; cibum; ve-
stimentū; domum; & que istiusmodi sunt; corporalia siue terrena,
carnis potius q̄ anime amor dicendus est.

¶ Ca. X. De vita & sensu anime. In quibusdā sententijs.

Magna est & nimirū & inexcusabilis negligentia nostra
qui cogitationibus ociosis vacantes tempus amittimus;
quibus nimirū nec penetrandę nubes; nec maria transire
tanda vt salubres inueniamus cogitationes. sed infinitas in nobis
metipsis vtilium cogitationū occasiones & seminaria possumus
inuenire. Deniq; si tam inerudita & negligens fuerit anima; vt nec
interiora sua sufficiat perscrutari. attendat ea que foris agit palā
& in manifesto; & in ipsis quoq; si diligenter quęsierit inueniet sa-
pientiam. Ecce enim consideres o anima quid impendas corpori
tuo & inuenies sine dubio q̄ vitam ei sensumq; ministras; & vitā
quidem toto in corpore inuenies vniformem. verbi gratia. Neq;
enim aliter viuit oculus q̄ articulus. sensum vero non ita. Quare
ergo vt tibi quoq; anima tua que est deus tuus similia largiatur.
Nec enim viuere dicenda est anima que veritatis nō habet cogni-
tionem; sed adhuc mortua est in semetipsa. quemadmodū & ea si-
ne sensu; que necdum habet dilectionem. Est ergo anime vita veri-
tas. sensus caritas. Nec mireris q̄ interdū anime impiorū noticiā
habent veritatis que tamen expertes sunt caritatis. quādo & in cor-
poribus nonnullis vitam reperies sine sensu. vt sunt arbores; cate-
rāq; similia animata quidem; sed animatione & nō anima; quem-
admodum & anime iniquorū veritatis habent noticiā naturali ra-
tione; que tamen interdū adiuuatur a gratia; cum nullatenus sane
animetur ab ea. In his autem quibus & cognitionem veritatis &
dilectionem anima spiritualis infundit; nō exteriorē quolibet mo-

do: sed tanq̄ anima ipsorū: cui adhærens vhus spiritus fiunt cum ea. In his inquam indiuisa est cognitio veritatis: scđm quod dictū est de vita corporis. Eadem enim cognitione & minima & maxima comprehendis. Porro dilectionem quidem si diligenter aduertas etiam fortasse scđm quinq; corporis sensus: quinq; partitam poteris inuenire. Est enim amor pius quo parentes diligimus, est amor iocundus quo sodos diligimus, est & erga omnes homines amor iustus, erga inimicos amor violentus, erga deum sanctus siue deuotus. In his omnibus si diligenter attendis, propriū erga singulos, & omnino diuersum ab alijs modum inuenies.

¶ Ca. XI. De duobus gradibus in via spūs. In quibusdā dictis

SVnt qui in carne ambulant: qui omnem sollicitudinem in hoc sponunt quomodo molestias carnis euitent. Hi sunt qui licet virtutes probent: tamen dum molestias carnis omnino euitare volunt concupiscentijs eius prauis nequeunt resistere. Talibus dicit apłs. Spiritu ambulate / id est sollicitudinem vestrā quomodo molestias carnis euitetis deponite. In hac via spiritus duo gradus sunt, superior & inferior. In inferiori gradu homo in suo spiritu ambulat, in superiori gradu in spiritu dei. In inferiori gradu ambulat homo quando reuersus ad cor circa affectiones suas sollicitus in se reprehendit quod virtuti contrariū esse cognoscit. In hoc gradu sacrificiū deo tribulati spiritus & cordis humiliati per compunctionem offert. De hoc gradu ad superiorem adscendens incipit cogitare beneficia dei, & conuersus ad gratiarū actiones offert deo per deuotionem sacrificium laudis. In vtroq; gradu videt Christū, in primo crucifixū: in scđo gloria & honore coronatū.

¶ Ca. XII. De duabus alis animarū. In quibusdā dictis.

HAbent feruentes animę alas quibus volant, spem & timorem, quia volantis est aliquando alta petere: aliqñ imā. Per spem alta petunt: quia in celestibus habitant. Per timorem imā, condescendendo enim infirmis instrunt eos: considerantes seipos ne & ipsi tentent. Sed quia his duobus modis offenditur scilicet nimio rigore infirmos deiciendo, ac nimia lenitate eorum vicijs consentiendo, contra nimiū rigorem est consideratio pprię fragilitatis, contra nimia lenitatem zelus rectitudinis.

¶ Ca. XIII. De duabus opationibus sermonis dei. vbi s,

BER

ERA

DE

SV

Liber

Sermo dei duo operari debet, & animas viciosas sanare: & bonas ammonere. viciosas dico non omnes quibus inest viciū: sed quę vicio ex voluntate consentiunt: nec resistunt quantum possunt. Bonas dico animas non solum perfectas: sed etiam insipientes, quę licet viciū habeant non tamen consentiunt sed repugnant. Sed tales animę licet ex infirmitate vel ignorantia sæpe cadant: tamen per voluntatem quā habent bonam resurgunt. Hęc est enim quę bonā facit animā: quia cum multa sint animę bona naturaliter insita, sicut ingenium bonū, memoria capax, vigil ratio, & cętera animę bona: sola tamen voluntas si fuerit bona: bonā facit animā, si fuerit viciosa: viciosa. Sed quia sicut Iob ait, homo nunquam in eodem statu permanet, aut enim deficit, aut proficit, proficiendum est in hac voluntate, quia ipsa est via de qua ait propheta, Hęc est via ambulate in ea. Primus huius vię gradus est recta voluntas, secundus valida, tertius deuota, quartus plena voluntas. In primo gradu anima mente legi dei consentit: sed carne repugnante bonū perficere non inuenit: sed sæpe malū quod odit per infirmitatem facit. In hoc tamen recta est eius voluntas: quod aduersario suo consentiens in se odit quod ille reprehendit. In secundo gradu anima non solum malū quod odit non agit: sed etiam bonū quod diligit, licet cum grauedine: fortiter tamen perficit. In tertio gradu iam dilatato corde currit viam mandatorum dei: & delectatur in eis sicut in omnibus diuitijs. In quarto gradu sunt angeli qui ea facilitate qua semper volunt bonū plenarie perficiunt. Hunc gradū desiderare quidem potest anima, ascendere non potest corpore: ob hoc quod corpore aggrauatur. Qui nondum rectam habet voluntatem: sciat quia impedit eum carnalis intentio. Qui habet rectam & non validam: sciat quia impedit eum praua consuetudo. Qui habet deuotam & nondum plenam: sciat quia impedit eum terrena inhabitatio. Cuius adhuc viciosa voluntas est: oret & dicat, fiat voluntas tua sicut in celo & in terra, se intelligens terram, illum autem qui rectam habet voluntatem cęli, quia quantum cęlum distat a terra: tantum distat recta voluntas a viciosa. Ita oret qui rectam habet voluntatem, se intelligens terram, illum autem qui in valida est cęlum, Ita de cęteris: vt semper attendat anima proficere, quia sicut condemnatus est qui in viciosa permanet voluntate, ita reprehensibilis

lis est qui in alijs non studet proficere.

¶ Cap. XIII. De duplici lingua. dei & anime. Sup. can. ser. xlv

Spiritus est verbū: spiritusq; anima: habentq; linguas suas qui-
bus se alter utrū alloquant. præsentesq; indicent. Et verbi q;
dem lingua fauor dignationis eius: anime vero feruor deuo-
tionis est. Elinguis est anima atq; infans que hanc non habet: & nō
potest ipsi vllatenus sermocinatio esse cum verbo. ergo huiusce-
modi linguam suam cum verbo mouet. volensq; ad animā loquit:
non potest anima nō sentire. Viuus est enim sermo dei & efficax:
& penetrabilior omni gladio accipiti: pertingens vsq; ad diuisionem
animę & spiritus. Et rursum cum suā linguā anima mouet:
verbum latere multo minus poterit: nō solum quia vbiq; est præs-
sens: sed propter hoc magis q; nisi ipso stimulante deuotionis lin-
gua minime ad loquendū mouet. Verbo igitur dicere anime pul-
cra es: & appellare amicā. infundere est vnde & amari: & se præs-
umat amari. Ipsi vero verbum vicissim nominare dilectū & fateri
pulcrum: quod amat & quod amari: sine fictione & fraude ascri-
bere illi: & mirari dignationem & stupere ad gratiā. Itaq; locutio
vbi. infusio doni. responsio anime. cū gratiarū actione admiratio

¶ Cap. XV. De vigore & languore amoris. Sup. can. ser. li.

Cum pressio est quod amatur viget amor. languet cū abest
Quod non est aliud q; tedium quoddā impatientis deside-
rij quo necesse est affici mentem vehementer amanti ab-
sente quem amat. dum totus in expectatione quantamlibet festina-
tionem reputat tarditatem. Subtractio nempe rei quam amas: au-
gmentatio desiderij est. & qd' ardentius desideras / cares ægrius.

¶ Cap. XVI. De duplici caritate. Super can. ser. l.

Et caritas in actu. est & in affectu. Et de illa qdem que ope-
ris est. puto esse datam legem hominibus. mandatūq; for-
matum. Nam in affectu quis ita habeat vt mandatur: Ergo
illa mandatur ad meritū. ista in premiū datur. Cuius initium quis-
dem profectūq; vitam quoq; p̄sentem experiri diuina posse gra-
tia nō negamus. sed plane consummationem defendimus futurę
fœlicitati. Quomodo ergo iubenda sunt que implenda nullo mo-
do erat: Aut si placet tibi magis de affectuali datum fuisse manda-
tum: nō inde contendo: dūmodo acquiescas & tu mihi: q; minime

AF
BER
AA
ERA

Liber

in vita ista ab aliquo hominū possit vel potterit adimpleri. Ne la-
tuit preceptorum precepti pondus hominū vires excedere: sed ita
dicauit vtile ex hoc ipso suę illos insufficientię admoneri: & vt sci-
rent sane ad quem iusticie finem niti pro viribus oporteret. Ergo
mandando impossibilia: nō preuaricatores homines fecit sed hu-
miles, vt omne os obstruat & subditus fiat omnis mundus deo:
quia ex operibus legis non iustificabit omnis caro coram illo. Ac-
cipientes quippe mandatū: & sentientes defectū damabimus in coe-
lum: & miserabit nostri deus. Atq; hoc dixerim siquidem consen-
serimus affectualem legem fuisse mandatā. Sed actuali potius id
conuenire inde vel maxime apparere videtur. quod cum dixisset
dominus: diligite inimicos vestros: mox de operibus infert. benefa-
cite his qui oderunt vos. Supraque aut de opere monuisset: si in
affectōe tam fuisset dilectio. Neq; hoc dico vt sine affectōe simus
& corde arido solas moueamus manus ad opera. Sed affectio est
quā caro gignit: & est quā ratio regit: & est quā condit sapientia.
Prima est quam apłs legi dei dicit nō esse subiectā necesse posse.
Secunda est quā perhibet e regione consentientem legi dei: quo-
niam bona est. Nec dubiū distare a se contentiosam & consenta-
neam. Longe vero tertia ab vtraq; distat: quę & gustat & sapit:
quoniā suavis est dominus: primā eliminans: secundā remunerās.
Nam prima quidem dulcis: sed turpis. Secunda sicca: sed fortis. vl-
tima pinguis & suavis est. Igitur per secundā opera fiunt & in ipa
charitas sedet. Non illa affectualis quę sale sapientię condita pin-
guescens/magnā menti importat multitudinem dulcedinis domi-
ni. sed quædā potius actualis: quę etsi nondū dulci illo amore sua-
uiter reficit, ardore tamen amoris ipsius vehementer accendit.

¶ Cap. XVII. Qz sit alius ordo charitatis actualis
alius affectualis. Super cantica: sermone. 50.

Actualis charitas inferiora presert: affectualis superiora.
Etenim in bene affecta mente non dubiū verbi causa/gn
dilectioni hominis dei dilectio preponat: & in hominib;
ipsis perfectiores infirmioribus: coelū terre/æternitas temporis/
anima carni. Attamen in bene ordinata actione sepe aut semper
ordo oppositus inuenit. Nam & circa proximi curam & plus vrg-
gemur/& pluries occupamur: & infirmioribus fratribus diligen

tiori:
hum
tudi
guc
inf
Que
pce
diti
dis
len
su
in
fe
ne
p
Qu
ra m
rias:
hoco
eo ca

I
tem
cias
tu in
nec
li:
fior
cler
illes
nere
ne qu
fere
danti

tiori assistimus sedulitate & paci terre / magis quæ cœli gloriæ iure
 humanitatis, & ipsa necessitate intendimus / & temporalitè inque
 tudine curarū vix aliquid sentire de æternis permittimur / & lan-
 guoribus nostri corporis postposita animæ cura / pene continue
 inseruimus. Orantem denique hominem deo loqui quis dubitet ?
 Quotiens tamen charitate iubente inde abducimur & auellimur p-
 pter eos qui nostra indigent opera / vel loquela. Quotiens pie ces-
 dit negotiorum tumultibus pia quies. Quotiens pro administran-
 dis terrenis iustissime ipsis super sedemus celebrandis missarū so-
 lennijs. Ordo p- posterus: sed necessitas nō habet legem. Agit ergo
 suum actualis charitas ordinem iuxta patrisfamilias iussionem :
 incipiens a nouissimis. Pia certe & iuxta quæ non sit acceptrix per-
 sonarum / nec precia consideret rerum: sed hominū necessitates. At
 non ita affectualis: nam a primis ipsa ducit ordinem. Est enim sa-
 pientia per quā utiq; res sapiunt quæq; prout sunt, ut verbi gratia
 Quæ pluris natura habet: pluris quoq; ipsa affectio sentiat / mino-
 ra minus / minima minime. Et illum quidem ordinem charitatis ve-
 ritas facit: hunc autē veritatis charitas vendicat sibi. Nam & vera in
 hoc est charitas ut q indigent amplius accipiant prius & rursum in
 eo cara apparet veritas si ordinem teneamus affectu quæ illa ratōe.

¶ Cap. XVIII. De duplici humilitate. Sup. can. sermo. xliij.

Et humilitas quā nobis veritas parit: & non habet calorem.
 Et est humilitas quā charitas format & inflamat: atq; hæc
 quidem in affectu / illa in cognitione consistit. Etenim tu si
 te metipsum intus ad lumen veritatis & sine dissimulatione inspi-
 cias: & sine palpatione diiudices: non dubito quin humiliteris. Et
 tu in oculis tuis factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui: quæ
 necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorū. Eris igitur humi-
 li: sed de opere interim veritatis & minime adhuc de amoris infu-
 sione. Nam si veritatis ipsius quæ te tibi veraciter atq; salubriter
 demonstrauit: sicut splendore illuminatus: ita affectus amore sus-
 cipes, voluisses proculdubio quod in te est, eandem de te omnes te-
 nere sententiā quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis. Sa-
 ne quantū in te esse dixerim / quoniā plerūq; nō expedit innotes-
 scere omnibus omnia quæ nos scimus de nobis: atq; ipsa veritatis
 charitate & charitatis veritate vetamur palam fieri velle quod nos

Liber

ceat agnoscenti. Alioquin si priuato amore tui tentus: detines pa-
riter in te iudicium veritatis inclusum. cui dubiū est minus te ve-
ritatem diligere: cui propriū prefers vel cōmodum vel honorem.
Vides igitur non esse idipsum hominem de seipso non alta iam sa-
pere veritatis lumine redargutū / & humilibus sponte consentire
munere charitatis adiutum. Illud enim necessitatis est: hoc volun-
tatis. Sed si apud teipsum humiliatus es: necessaria illa humilitate
quam veritas sensibus ingerit / vigilantis adhibe voluntatem & fac-
de necessitate virtutem. Quoniā nulla est virtus nisi motus assit
bonę voluntatis. Sicut enim fiet istud si nolis alter apparere foris:
quā te inuenis intus.

¶ Cap. XIX. De humilitate & humiliatōe. Sup can. ser. 34.

Humilitas iustificat nos: humilitas dixi non humiliatio.
Quanti humiliati qui humiles non sunt? Alij cum ran-
core humiliant: alij patienter: alij libenter. Primi rei sunt:
sequentes innoxij vltimi iusti: Quāquā & innocentia portio iusti-
cie est: sed consummatio eius apud humilem. Qui autem dicere po-
test bonū mihi quia humiliasti me: vere humilis est. Non potest
dicere qui inuitus tolerat: minus qui murmurat. Neutri illorū pro-
mittimus gratiā quā humiliatur: et si sane longe hi duo a se differāt:
& alter quidem in patientia sua possideat animā suā: alter in suo
murmure pereat. Sed enim si vnus iram: neuter tamen gratiā pro-
meretur / quoniā non humiliatis sed humilibus deus dat gratiam.
Etenim solam gratiā quam prefert meretur leſa & absoluta hu-
militas. Que enim coacta fuerit vel extorta: et si vitā obtinet pro-
pter patientiā: propter tristiciā tamen gratiā non habet. In quibus-
dam dictis. Humilitas ad quā vtiq; ducit humiliatio totius est spi-
ritualis fabricę fundamentū. Siquidem humiliatio via est ad hu-
militatem: sicut patientia ad pacem: sicut lectio ad scientiā. Si virtu-
tem appetis humilitatis: viam nō refugas humiliatōis. Nam si nō
pateris humiliari: nō poteris ad humilitatem prouehi.

¶ Cap. XX. De intellectu & affectu. In tercio ser-
mone de ascensione. Hodie cœlorum rex.

Duo sunt que in nobis purganda sunt: intellectus & affe-
ctus. Intellectus vt nouerit: affectus vt velit. Hi sapius
sibi inuicem aduersant: vt alter summa petere / alter appe-

tere infima videatur. Quantus vero is dolor: quæ grauis anime cruciatus: dum sic distrahitur / sic dilaceratur / sic abrumpit a seipsa: Intellectus vero tunc deprimitur cum multa cogitat: cum non colligit se circa vnam & vnicam meditationem: quæ concipitur de ciuitate illa cuius participatio eius in idipm. Huiusmodi intellectum oportet deprimi & distrahi per multa multis & multiplicibus modis. Affectiones vero quæ corrupto corpore diuersis passionibus afficiuntur mitigari nunquam possunt: ne dicam sanari donec voluntas vnum querat & tendat ad vnum. Intellectus noster turbatus erat: ne dicam cecatus. Affectus inquinatus erat & multum inquinatus: sed Christus intellectum illuminat / spiritus sanctus affectum purgat. Venit enim filius dei & tot & tanta mirabilia in mundo operatus est / vt non immerito intellectum nostrum ab omnibus mundanis rebus euacuauerit vt semper cogitemus & nunquam cogitare sufficiamus: quia mirabilia fecit. Vere latissimos nobis ad spaciandum intelligentie campos relinquit: & torrens istarum cogitationum profundissimus est. Quis enim cogitare sufficit qualiter rerum dominus preuenit nos / venerit ad nos / subuenerit nobis. & singularis illa maiestas voluerit mori vt viueremus: seruire vt regnaremus: exulare vt repatriaremus: & vsque ad seruilissima opera inclinari / vt constitueret nos super omnia opera sua. Vnde autem nobis in his tenebris veritas? Vnde charitas in hoc seculo neque in hoc mundo qui positus est in maligno. Putas erit quæ intellectum illuminet: quæ inflammet affectum? Erissi conuertamur ad Christum / & velamen de cordibus auferatur.

¶ Capitulum. XXI. De cognitione & amore. In prima parte sermon. de aduentu.

DVæ pennæ agnitio & deuotio. Leuat quippe agnitio nis ala: sed sola non sufficit. Ruit citius qui vna tantum ala volare contendit: & quo magis attollitur / poenis allidit. zelus absque scientia quo vehementius irruit: in eo corruiat grauius. Vbi vero intelligentiam caritas agnitioem deuotio comitat: vult secure qui eiusmodi est. vult sine fine: quia volat in æternitatem adherendo ei qui semper & heate est. Semper & nos esse & esse beate poteramus. Adherendo autem dixerim non solum per cognitionem / sed per amorem. Nam adherendo veritati per cognitionem:

FL
BE
AA
ER

Sed ab illa defluendo per amorem amando pro illa scilicet vanitate homo vanitati similis factus est. Et quid vanius quam diligere vanitatem? Et quid iniquius quam contemnere veritatem? Quid vero iustius quam contemptoribus subtrahi & ipsam cognitionem? Quid inquam iustius quam ut iam de eius cognitione gloriari non possit: qui cognitam non glorificauit? Itaque appetitus vanitatis est contemptus veritatis. Contemptus veritatis causa nostrae caecitatis. Ex hac caecitate descendit quod plerumque pro eo quod est amamus vel approbamus quod non est: quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur a domino ab eo qui summe est. Et quid est homo O deus nisi quod innotuisti ei? Itaque si noticia dei causa est ut homo aliquid sit: ignorantia facit ut nihil sit. Sed qui vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt miseratus quodammodo redactos in nihilum: manna illud absconditum: quia necdum possumus contemplari per speciem vel plene amplecti per amorem: dedit interim nobis & sapere per fidem: & querere per desiderium. Per quae utique duo ad esse de non esse secundo reducti: fieri incipiamus initium aliquod creaturae eius transire quandoque in virum perfectum: in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quod proculdubio erit cum fides conuerteret in intellectum: & desiderium peregrinationis in plenitudinem commutabitur dilectionis. Si enim adhuc absentes inchoat fides & desiderium: praesentes profecto consummat intellectus & amor. Sicut enim fides ducit ad plenam cognitionem / sic desiderium ad plenam dilectionem. Intellectus igitur est fructus fidei: perfecta charitas desiderij.

¶ Cap. XXII. De meditatione & oratione. In ser. i. de sancto Andrea in fine. qui incipit. Celebrantes.

Nemo repente fit summus ascendendo non volando apprehenditur summitas scalae. Ascendamus ergo velut duobus quibusdam pedibus meditatione & oratione. Meditatio siquidem docet quid desit: oratio ne desit obtinet. Illa viam ostendit: ista deducit. Meditatione denique agnoscimus imminencia nobis pericula oratione euadimus.

¶ Cap. XXIII. De duplici confessione. In. ij. ser. In vigilia natalis domini. O Iuda & Hierusalem.

Vera confessio fratres mei est si omnia opera vestra opera dei sunt: & consiteantur ei. Consiteantur autem ei gemina

quadam confessione vt duplicibus vestiamini, id est confessione peccatorum vestrorum: & confessione laudis diuine. Tunc enim veri confessores eritis / si omnis vestra vita confiteatur vos peccatores & dignos multo maioribus poenis, deum vero summe bonum qui pro his leuibus & transitorijs æterna condonat supplicia que meruistis. Quisquis enim ardens non desiderat poenitentiam videtur operibus dicere se non indigere poenitentia: & ita suam non confitetur culpam: aut non posse prodesse ei poenitentiam: & ita diuinam non confitetur bonitatem.

¶ Cap. XXIII. De duabus speciebus superbie. In prima parte epistolarum ad Henricum Senonensem archiepiscopum.

Superbia est appetitus proprię excellentię. Hęc in speciebus duas diuiditur: in cæcam & vanam superbiam. Quę quidem & alijs nominibus appellari possunt contumacia & vanitas. Quarum prior intelligentię posterior voluntatis vicium est. Nam ex illa rationis fallitur oculus & ex ista voluntatis appetitus male afficitur. Quod melius singularium diffinitionibus demonstrabimus. Cæca superbia seu contumacia est vicium quo se existimans aliquis vel esse bonum quod non est: vel a se esse quod est: in se non in domino gloriatur. Vana superbia seu vanitas est vicium quo quis tam de eo quod est quam de eo quod non est: suis magis quam dei laudibus delectatur.

¶ Cap. XXV. De duabus speciebus humilitatis. vbi supra.

Humilitas est contemptus proprię excellentię. Contemptus opponitur appetitui. Duabus quoque superbię speciebus duę nihilominus humilitatis species opponuntur. Contra cæcā cum quis de se nouerit sentire humiliter. Contra vanam nec consentire aliter sentientibus. Nempe qui de seipso humiliter sentire nouit in neutro ipsius de se iudicium falli potest: videlicet vt aut maius aliquid putet se esse quam sit: aut a se esse quod sit. Et ideo patienter carens quod sibi nouit deesse: humiliter de eo quod certus est adesse non in se: sed in domino gloriatur. In epistola ad Ogerium canonicum regularem. Non parcat sibi arrogans. non parcat sibi superbus: non cupidus vanę glorię & iactator actuum suorum: qui vel sibi arrogat quod est: vel mentitur de se quod non est. Solus qui vere humilis est parcat anime sue qui ne putetur quod non

FL
BER
AAI
IRA

Liber

est: semper quantum in se est vult nesciri quod est. Grande reuera periculum audire quenq; de se supra quam sentit in se.

¶ Cap. XXVI. De duobus quibus sibi cauet contemptor laudis humane. In epla ad Henricū Senonē, archiep̄m.

Qui humanas laudes consuevit perfecte contemnere: cum se laudari percipit de eo quod in se nouit non esse nullatenus acquiescens: illud sibi cōmemorat. Qui te beatificant in errorem te mittunt. Cum vero laudari se comperit de bono quod se forte habere cognoscit: nihilominus quantum in se est scuto veritatis curat a se repellere iaculū fauoris / dans deo gloriam & dicens. Gratia dei sum id qd' sum. Probat ipse opus suū: & sic habet in semetipso gloriā / & non in altero. Fidelis suimet custos qui sibi oleū fauoris sine fraude reseruet: ne in aduentu sponsi lampas conscientie vacua extinguet. Non in altero inquā. Nec enim tutum arbitrabat labijs hominū cōmittere gloriā suā archē utiq; sine claue, & sera. Non tutum plane: sed stultū ibi thesaurū tuū recondere: vnde resumere nō valeas cum volueris. Si ponis in os meum iam nō intua: sed in mea potestate est / cū utiq; pro meo libitu: vel laudare te possim vel derogare tibi. Sanū vas & inconcusum conscientia & secretis seruādis idoneū: nullis patens insidijs / nulli violentie cedens / nulli quippe oculo vel manui accessibilis: excepto dumtaxat spiritui qui scrutat etiam alta dei. Quicquid in ea reposuero securus sum quia nō perdam: seruabit viuo / defuncto restituet. Nam quocunq; vado ego / ipsa it mecum: secū ferens depositū qd' seruandū accepit. Adest viuo: mortuū sequit. Vbiq; mihi vel gloria vel confusio inseparabilis pro qualitate depositi.

¶ Cap. XXVII. De duobus in consilio necessarijs. vbi sup̄.

AD consiliū soli eligant qui & prudentes esse videant & beniuoli. Absq; prudentia & beniuolentia scio non esse perfecta consilia. Ve nostro generi ab imperfectione sua. Vix in multitudine hominū vnum reperias in vtraq; gratia consummatū. Haud facile siquidem vel prudenti beniuolentia: vel fidei inesse sapientiam deprehendas. Sine numero autem sunt: quos vtriusq; muneris expertes esse constiterit.

¶ Cap. XXVIII. De duobus in que diuiditur monasterialis obseruatio. In libro de p̄cepto & dispensatione.

P
go vt
cum
dium
datino
se vottu
conem
stinerd
nitent
dituqu
siquid
bong
& p̄q
dm a
vel veni
nulla ta
id quoc

V
rum: ne
loco ex
ti subie
nia ob
angel
dient
nome
C

Partienda est nobis vniuersa observatio regularis: in preceptis videlicet & remedijs. Preceptis instituitur vita contra peccatum: remedijs instituitur post peccatum innocentia. Sic ergo utraq; ista completiua nostra professio. ut professus quisquis cum in aliquo forte regularium mandatorum deliquerit; si ad remedium eque regulare confugerit: etsi conuincit transgressor mandati: non tamen pacti preuaricator. Solum itaque censuerim fregisse votum: violasse propositum: pactum preuaricasse: qui & preceptum contempserit & remedium. Nam illum sane dico securum: qui etiam si interdum obedientie limitem preterierit: consilium non respuit penitentiae. Regulares namque terminos etsi saepe deliquerit: non euadit: qui censurę que ex regula est disciplinam non subterfugit. Pars siquidem regulę est regularis correctio: & in ea reperitur, non solum bonę vite instructio: sed etiam emendatio prauę. Inueniunt in ea & precepta obedientię & inobedientię remedia: ut ne peccando quidem a regula recedatur. Fateor sane impossibile cuius mortalium vel venialiter interdum non delinquere in preceptis obedientię: sed nulla iam de impossibilitate querela. quoniam quidem & ex regula: licet id quoque quod criminaliter delinqui contigerit emendare.

¶ Cap. XXIX. De duobus in monasterijs obseruandis. In epistola ad Adam monachum secunda: que orditur. Si maneres in charitate.

Vt cetera taceam/duo precipue in monasterijs conuersantibus obseruanda tradunt. Subiectio abbati: & stabilitas in loco. Et ita obseruanda que neutrum impediatur alterum: nec alterutrum sibi preiudicent: ut verbi gratia. Sic te stabilem in loco exhibeas: ut abbati subiecti non contempnas. Sic obedias abbati subiectus: ut stabilitatem non amittas. Dico ergo abbati per omnia obtemperandum: sed salua professione. Si abbas meus aut etiam angelus de celo contraria iusserit: libere recusabo huiusmodi obedientiam: que me transgressorem proprii voti: & peierare facit nomen dei mei.

¶ Cap. XXX. De auctoritate precipientium & qualitate preceptorum. In libro de precepto & dispensatione.

Cuius inter preceptores reuerentior nobis imminet auctoritas eius grauior formidet offensa: ac maioris cuius

FL
BER
AAT
IRA

Liber

q̄ mandati transgressio damnabilior aestimetur. Melius siquidem est obedire deo: q̄ hominibus. & in ipsis melius magistris: q̄ discipulis. Porro in magistris melius nostris: q̄ extraneis. Quibus aut melius constat obedire: ipsis proculdubio & non obedire detestabilius est. Et de mandatis similiter. Maioribus quippe maior: minoribus minor opera nostra & cura debetur de quorū & contemptu iuxta eandem considerationem grauior: leuiorue offensa contrahitur. Porro maiora minoraq̄ mandata dixerim / scdm̄ qd̄ magis minusue velle constiterit: ipsum qui precipit siue hominem siue deum. Tam ergo qualitas preceptorū / q̄ auctoritas precipientium & obedientię præfigit metam: & inobediëntię terminat culpam. quando in prelati quibusq̄ auctoritatis grauioris: & corū mandatis quibusq̄ maioris vtilitatis quo diligentior debetur obsequendi cura: eo & culpa grauior incurrit de contemptu. His itaq̄ distinctionibus animaduersis & obedientię modus: & pondus inobediëntię facile reperitur.

¶ Capitulum. XXXI. De neglectu & contemptu mandatorum. Vbi supra.

Hæc generalis regula vniuersorū preceptorū: que per se aut propter se nec bona nec mala sunt / aut diuina institutione / aut propria cuiusq̄ professione fixa non sunt: vt non iusta quidem licite vtrumlibet vel admittant vel omittant. iusta vero sine culpa non negligent: sine crimine non contemnunt. Ex his verbi gratia dico vel risum esse interdictum: vel indictū silentium. Hæc siquidem si contra mandatū non veniunt: nec peccata sunt. Accedente mandato si quo minus iam obseruant in peccatum reputant: non tamen in crimen. ita sane si per surreptionem aut obliuionem / non per contemptū horum transgressio contigerit. Vbtq̄ enim & culpabilis neglectus: & contemptus damnabilis est. Differunt autem q̄ neglectus quidem languor inertię est: contemptus vero superbię tumor. Porro contemptus in omni spei mandato pari pondere grauis & cōmuniter damnabilis est: neglectus autem in fixis grauior: tolerabilior in mobilibus mandatis. Siquidem adulteriū quo cunq̄ modo / quocunq̄ perpetres animo: turpe flagitiū est ac criminale peccatū. cum tamen leue verbum in tempore vel loco silentij forte per obliuionem surreptum.

ritus v
ceptur
est: eo
Quis
cerne
future
Alioq̄
men q̄
meris t
nacioni
quente
leatur

E
nio pla
montan
tionum
aspectu
dicitur
fieri: a
scilicet
inferae
ra sua. I
tię. & ch
pallio.
Mons
Ardu
sus pr
licet re
omnes
premi

rifus vel per impetum magis excuffus q̄ preſumptus contra preceptum: quod utiq; cum negligentis aut diſſoluti ſpiritus indicium eſt: eo facillime veniam promereat: quo vix vel peccatum reputat. Quid cum ſcienter & cum deliberatione in verba ocioſa ſilentio: licet non indico lingua laxatur: Vnde nimirum ratio exigenda eſt in futuro iudicio: Heu nobis. quanam poterit reddi ratio de ocio? Alioquin ocium non eſt: ſed non omnino ratione vacuum eſt. Et tamen quis neſciat vnum detractioſis verbum quantum etiam innumeris talibus: id eſt ocioſis preponderet ad delictum meritumq; damnationis: Quid ita: videlicet quia diſcretio eſt in mandatis: confequenter & in culpis: vt maiorum grauior: leuiorq; minorum cenſeatur transgreſſio mandatorum.

¶ Capitulum. XXXII. De gemina ſpecie vicioſorum. In quibusdam ſententijs.

Eſt gemina ſpecies vicioſorum. Alia enim ſunt que nocent nobis: alia que proximis. Illa flagitia: iſta vocantur facinora. Et hæc omnia dicuntur vallis lachrymarum: quia omni fletus fluuius plangenda eſt vita peccatorum. De valle flagitiorum aſcenditur ad montem caſtitaſis triplici continetia. membrorum: ſenſuum: cogitationum. In prima continetia cohibetur actus, in ſecunda vitatur aſpectus, in tertia reſecatur affectus. Item de valle facinororum aſcenditur in montem innocentie. Hic erigitur ſcala. Quod tibi non vis fieri: alij ne facias. Et ponit in ea triplex gradus timoris, vel eius ſcilicet qui patitur: ne reddat talionem, vel ſuperioris poteſtatis ne inferat vltionem, vel interni iudicis qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. De monte innocentie conſugiendum eſt ad montem patientie. & hic quoque erigitur ſcala triplicis gradus. Primus eſt domini paſſio, ſecundus martyrum fortitudo, tertius præmij magnitudo. Mons iſte patientie ſecundum hos gradus eſt arduus: ſpinofus: aridus. Arduus propter difficultatem imitandi paſſionem domini, Spinofus propter aculeos temptationum que multiplices ſunt: damno ſcilicet rerum: contumelijs verborum, cruciatibus corporum, in quibus omnes ſancti martyres examinantur. Aridus propter retributiones præmiorum: que non in hoc ſæculo ſperantur ſed in futuro.

¶ Capitulum. XXXIII. De veteri & nouo homine. In quibusdam ſententijs.

Liber

Duo homines sunt vetus & nouus. Adam vetus & Christus nouus. Ille terrenus: iste coelestis. Illius imago vetustas: istius imago nouitas. Est autem triplex vetustas: & contrario triplex nouitas. Est enim vetustas in corde / in ore / in opere. In quibus tribus modis peccamus: cogitatione / locutione / & opere. In corde sunt carnalia desideria & saecularia. id est amor carnis & amor seculi. Similiter in ore est gemina vetustas: arrogantia & derogatio. Item gemina in opere flagitia & facinora. Haec omnia sunt imago veteris hominis: & haec omnia renouanda sunt in nobis. Renouetur ergo cor a carnalibus desiderijs & saecularibus vt excludis illis introducat amor dei: & amor patrie coelestis. Recedant ab ore arrogantia & derogatio: & succedant pro his vera peccatorum confessio / & bona de proximis aestimatio. Pro flagitijs & facinoribus que vetustas est operis: assumat continentia & innocentia: vt scz contrarijs virtutibus contraria vicia depellant.

¶ Capitulum. XXXIII. De duplici timore. In epistola ad Ogerium canonicum regularem.

Est timor inutilis: tristis / crudelis qui veniam quia non querit non consequitur. Est & timor pius: humilis & fructuosus / qui cuilibet quantumlibet etiam peccatori facile veniam promeretur. Talis timor generat: nutrit / & seruat humilitatem: sed mansuetudinem / sed patientiam / sed longanimitatem. Quem non delectet tam inclita proles. Alterius vero misera soboles est pertinacia: immoderata tristitia. rancor / horror / contemptus / & desperatio.

¶ Capitulum. XXXV. De duabus filiabus ignorantie. Super cantica sermone. xvij.

Pessime matris ignorantie / pessime filie due sunt: falsitas & dubietas. Illa miserior: ista miserabilior: perniciosior illa: ista molestior. Cum loquitur spiritus cedit vtrique. & est non solum veritas: sed & certa veritas. Est quippe veritatis ille spiritus: cui contraria falsitas est. Est & sapientie que cum sit candor vite aeternae: & vbiq; attingat propter mundiciam suam obscuram ambigui non admittit. Cauenda sane cum spiritus iste non loquitur: etsi non molesta dubietas: certe falsitas execranda. Aliud est enim subincerto: hoc vel illud opinando sentire / aliud temere affirmare quod nescias. Aliud est dubitare de veritate / quod patiaris necesse est: cum

spiritus minimē spirat / & aliud sapere falsitatem : quod facile caues / si eandem tuam ignorantia non ignoras . Aut ergo loquatur semper spiritus / quod nostri quidem minimē arbitriū est : aut quādo silere placet hoc ipsum indicet & loquatur saltem suū silentiū : ne ipsum nobis falso praeire putantes nostrū pro ipso male securi sequamur errorem . Et si suspendit ambiguo : non relinquat mendacio . Est qui dubie profert mendaciū nec mentit̄ & est qui veritatem quā affirmat nescit : & mentitur Nam & ille nō quidem quod non est esse : sed se quod credit credere dicit & verum dicit . etiā si hoc verum non sit quod credit : & is cum certū se vnde certus non est dicit / verū non dicit . etiā si verū sit de quo asserit .

¶ Capitulū . XXXVI . De duplici malo innato & seminato . Super cantica sermone . xxxij .

Cum mala in corde versamus : nostra cogitatio est / si bona dei sermo est . Illa cor nostrū dicit : hec audit . Pacem / pietatem / iusticiam / deus in nobis loquit̄ : nec talia cogitamus ex nobis : sed in nobis audimus . Cæterum homicidia / adulteria / furta / blasphemie / & similia his de corde exeunt : nec audimus ea sed dicimus . Sed & præterea quod corde quidem sentitur : non tamen cordis est verbū . neq; enim de corde exit sicut nostra cogitatio : sed neq; illud est quod ad cor fieri diximus verbum videlicet dei : cū sit malum . Immittitur aut̄ a contrarijs potestatibus : sicut fiunt immisiones per angelos malos : quale verbi causa fuit quod legitur immisisse in cor dyabolus : vt traderet dominū Iudas simonis scariothis . Verū quis ita vigilet & diligens sit obseruator motionū internarū suarū . siue in se siue ex se factarū : vt liquido ad q̄ q̄ illicita sensa cordis sui discernat inter morbū mentis & morsum serpentis . Ego nulli mortaliū hoc possibile puto nisi qui illuminatus a spiritu sancto : speciale accepit donum illud quod apostolus noīat discretionem spiritui . Quantumlibet enim quis scdm Salomonē omni custodia seruet cor suū & omnia quę intra se mouent vigi-
lantissima intentione obseruet : etiā si diuturnū forte in his habuerit exercitiū & frequens experimentū non poterit tamen ad purum in se discernere / vel ab inuicem malū innatū & malum seminatū . Nam delicta quis intelligit . Nec multum refert nostra scire vnde nobis inest malū dummodo inesse sciamus . Vigila

Liber

landum potius & orandum vnde cūq; sit ne consentiamus. Non possum tradere vobis quod nō accepi. Non autē accepi fateor unde assignem certā notionem inter partū cordis / & seminariū hostis. Quippe vtrūq; malum: vtrūq; a malo: vtrūq; in corde: sed nō vtrūq; de corde. Hoc totū certum mihi in me: etī incertum quid cordi / quid hosti tribuam: & id quidem absq; periculo. Sed sane est vbi periculose immo damnabiliter errat atq; sibi merito nobis certa præfigitur regula: ne quod dei est in nobis demus nobis: putantes dei visitationem nostrā esse cogitationem. Ergo quantum distat bonum a malo: tantū ista duo a se: quoniā nec de deo malū nec de corde exiit bonū: nisi quod prius forte de deo conceperit.

¶ Capi. XXXVII. De duplici corruptione animę scilicet & corporis. In quibusdam sententijs.

Habet anima corruptionem suā: habet & corpus suā. Corruptio animę tripartita est: corporis est quadripartita. Corpus siquidem cōstat ex quattuor elementis. Anima vero in triplici vi subsistit. Est enim rationalis / concupiscibilis / irascibilis. Rationem cuius est cognitio veritatis corrumpit superbia corrupta autē fallitur duobus modis: in cognitione sui / & cognitione dei. Concupiscentiā corrumpit vana gloria: memoriā peruersę cogitationes. Corruptio corporis dicitur abominatio: & fit quattuor modis secundū quattuor elementa ex quibus constat. Quattuor enim sunt quę corpus corrumpunt curiositas / loquacitas / crudelitas / voluptas. Sunt autē quattuor partes corporis in quibus singulis maxime vigent singula elementa. Nam in oculis est ignis in lingua quę vocem format aer, in manibus quarū proprietas est terra, in genitalibus aqua. Has quattuor partes corrūpit illa quadripartita pestis. Oculos scilicet curiositas: linguā loquacitas: manus crudelitas: genitalia voluptas: sic fiunt homines corrupti & abominabiles, corrupti in anima / abominabiles in corpore: corrupti coram deo: abominabiles coram hominibus.

¶ Capitulū. XXXVIII. De duplici malicia dyaboli. In sermo. primo de sancto Andrea.

Habet nequissimus ille inimicus laqueos / habet & iacula vt pote callidissimus venator hominū solū sitiens sanguinem animarū. Alios telis appetit: maliciose cuiuslibet sug:

gestionis: & in eis vulnerat multos quorū tenuis est patientia. Alios voluptatibus irretire laborat: & in his concludit multitudinem copiosam eorū qui in terra repunt: ac volitant iuxta eam. Sit ergo gaudium in tribulatione: & iam nō habet malignus vnde illiciat: nō habet vnde deiciat. Nunquā proficiet inimicus in eo quem crux christi delectat: si carnalem suggerit delectationē / & filius iniquitatis non apponet nocere ei, si ad exasperandum animū eius quālibet immittere tentauerit amaritudinem. Non curat delicias qui ieiunio pascitur: multo minus pro eo murmurare potest in quo etiam delectatur. Plane altissimū posuit refugium suum. vbi nec muscipula inimici timenda sit: nec sagitta.

¶ Capitulū. XXXIX. De duplici scientia mala.

In quibusdam dictis.

Alia est scientia mundi quę docet vanitatem: & alia est scientia carnis quę docet voluptatē. Illa tanquā pater ista tanquā mater nobis est. Sicut enim mater filio suo semp optat quietem: & omnem profus laborem claudit a filio suo: sic caro increassata: impinguata / dilatata / nec minimis saltem digitis patitur se contingi. Et sicut pater filium suū vult huc illucq; discurrere: vt addisecat aliquando vnde magnificet. Sic & mundus vult hominē multis laboribus intricare vt habeat vnde superbiat: vnde infletus & decipiat de vanitate in idipsum.

¶ Capi. XL. De duabus sanguisugę filiabus.

De colloquio simonis & iesu.

Sanguisugę duę sunt filię. id est proprię voluntatis quę quasi radix est. Duę filię sunt vanitas / & voluptas: clamantes a se / fer / affer. Hęc nunquā satiantur: nunquā dicūt sufficit. Siquidem nec animus vanitate: nec voluptate corpus aliquando satiant. sanguisugę sanguisugam hanc & omnia reliquisti: hęc enim omnia trahit ad se. Pone hanc: & iugum tam importabile: quā multiplex abiecisti. Inquietum malū quod spiritui semper incumbens inexcogitabilia meditatur. Nullū mihi onus importabilius: nulla grauior sarcina est. Sane foelices liquet esse qui exonerati sunt & sequuntur dñm expediti: arctissimū enim foramen expectat si quem sequimur cōsequi volumus per angustam cōtendamus ingredi portam necessesse est. Quid tu camele gibbum. quid tu pecuniose proditoris lo-

AFL
BER
AAI
IRA

DE
SV
G

Liber

culos tollis. Non impie sic ingredieris foramen acus si huiusmodi sarcinas non admittis. Utinam saperes miser & intelligeres cum thesauro pecunie thesaurum ire pariter cumulari. utinam nouissima pro uideres. animaduertes facile per foramen acus transituros non diuitiarum cumulos: sed delictorum. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre poterimus quicquam. Sane argentum & aurum nihil est sibi utrumque retinet mundus. inexorabilem constituit ianitorum foramen angustum est: nihil ex omnibus asportare licebit. Nam peccatum quia nihil est: nulla potest foraminis angustia retineri. Solum hoc sequitur te quocumque ieris: quocumque intraueris / pellem hanc non depones. Quae autem parasiti insipientis cuius erunt?

¶ Capi. XLI. De duobus generibus hostium nobis aduersantium. In ser. qui orditur. Pauperes quidem. primo ser. qui intitulatur. Consolatorij ad fratres.

Duo nobis aduersantur hostium genera. malum uidelicet duplex quod facimus: & quod patimur. Haec autem sunt ut apertius dixerim: culpa & poena. Itaque cum sit nobis utraque contraria: erit si uoluerimus utraque pro nobis: ut haec quidem ab illa liberet. Item aduersus istam iuuat illa / nec parum. Ecce enim compungimur in cordibus nostris: & in cubili conscientiae super delictis praeteritis. sed delinit conscientiam: & corrodentium dentes peccatorum conterens / reducit ad spem uenientiae poenitentia ista. & uoluntaria poena quam patimur non solum autem praeterita: sed & futura repellit. Nam & tentantia propulsat uicia & nonnulla sic perimit: ut aut raro aut nunquam uenenatum possint erigere caput. Sic poena pro nobis facit aduersus culpam: ut vel omnino non sit / vel sit minor. Culpa uero nihilominus agit: ut aut non sit: aut minor sit poena. Non quidem ut omnino non sit: aut a quantitate sua minuatur / quod nullatenus expediret. sed ut non sit poena aut minor sit. uidelicet aut non sit: aut minus sit onerosa. Quisquis enim perfecte senserit onus peccati & animae lesionem: aut parum sentiet / aut ex toto non sentiet corporis poenam: nec reputabit laborem: quo peccata nouerit deleri praeterita / futura cauere. In secundo sermone qui incipit. Labor iste. ubi supra. Nunquid ad laborem creati sumus? Absit. Nam licet homo ad laborem sit natus: sed mini-

me ad laborem creatus est. Natiuitas in culpa est: ideo & in poena
 Aliena ab vtrisque est prima creatio: quia sicut non culpam: ita nec
 poenam deus fecit. Itaque laborante corpore: mens quoque ipsa suo
 intenta sit operi & non vacet. Causam laboris cogitet in labore: vt
 ipsa ei poena quam patitur / culpam pro qua patitur representet.
 Dum videt vulnerum ligaturam: ipsa sub pannis vulnera medicet.
 Huiusmodi siquidem cogitatione humiliamur sub potenti manu
 dei. & dulci quadam pietate mens plena miserabilem se exhibet in
 oculis eius.

¶ Capitulum. XLII. De duobus lateribus scale.

In libro de colloquio simonis & Iesu.

Oportet nos domare carnem / calcare mundum: vt voluptatem
 corporis declinantes / caueamus nihilominus seculi
 vanitatem. Totum nimirum quod a via vite & discipline
 deterret filios huius seculi: totum quod exercet interim seruus dei
 in his duobus est. Hec ergo sint latera scale, vtilitas & asperitas quibus
 deinceps interne virtutis & gratie gradus firmiter inserantur.
 Est enim videre homines mundi spernentes gloriam fauores calcan-
 tes populi: non desiderantes humanum diem: sed non adeo fortes in
 tolerantia corporalis molestie: non adeo resicientes mollia. non adeo
 carnis illecebras superantes. quid istos dixerim nisi latus alterum non
 tenere? Porro vni tantum lateri innitenti / periculosus nimis ascensus
 & proximus est ruine. Quod si periclitatur qui circa carnem vide-
 tur plus quam oporteat infirmari / licet mundi respuat gloriam: nec con-
 tumelias moueatur, profecto longe horribilius est periculum: &
 multo magis inexcusabile, si quis forte licet castigans viriliter cor-
 pus suum & non parcens eius afflictioni inueniatur tamen minus
 resistens glorie desiderio. minus patiens iniuriarum: minus purita-
 tis & solidę humilitatis habens: minus immunis a seculi vanitate. Sa-
 ne vbi stabilieris & firmaueris in corde tuo: & asperitatem cor-
 poralis abstinentie ac laboris amplecti: & omni vilitate & extremi-
 tate esse contentus / bona sunt latera. Secure iam insere gradus ex-
 ercitij spiritualis, vt totum quod carni & mundo subtrahis studio pie-
 tatis impendas. Oblitus quae retro sunt: extensus in anteriora. vt
 ascensionibus dispositis: de virtute proficias in virtutem, vt vide-
 re deum deorum in syon merearis.

AFL
BER
AAD
IRA

DE
SV
G

Liber

¶ Capitulum. XLIII. Quod duobus modis se debet vnusquisque irreprehensibilem exhibere coram deo & hominibus. In quibusdam sententijs.

DEbet vnusquisque quantum potest irreprehensibilem se exhibere: primum quidem coram deo: sed deinde hominibus. Et notandum quod tribus modis prouidentur bona coram hominibus, id est habitu: actione / sermone. Habitu ne sit notatus actione ne sit reprehensibilis, sermone ne sit contemptibilis. Tribus etiam modis coram deo, cogitatione: affectione: intentione. Nam & cogitatio debet esse sancta: & affectio pura: & intentio recta. Sunt autem tria ista, cogitatio: affectio / intentio in anima, sed in ea quoque singula: locis proprijs distincta videntur. Nam cogitatio in memoria, affectio in voluntate, intentio in ratione consistit. In anima si peccatum suggeritur memorię per cogitationem; nullum tamen peccatum buerit: aut voluntas affectum aut deliberatio ipsa consensum fateor quedam deformitas est. Ceterum etsi venus est sed non morbus. Quod si voluntas quoque ipsa iam delectationis sensu afficitur resistit tamen adhuc deliberatio rationis infirmatur quidem: sed necdum moritur anima. Tunc enim mori dicitur: quando & ipsa ratio ad peccatum per intentionem curuat. In ceteris siquidem / id est memoria / voluntate: non ita est intolerabile si vel memoria recipiat quandoque vagam cogitationem: vel voluntas impuram affectionem. Hoc vero grauissimum est: immo omnino damnosum, si vnquam ratio perdidit intentionis rectitudinem.

¶ Capitulum. XLIII. De duplici conuersione. scilicet interiori / & exteriori. In sermone de ieiunio. scilicet Conuertimini ad me.

Corporis conuersio si sola fuerit: erit nulla. Forma siquidem conuersionis est: non veritas. Vacuam virtute: gerens specieiem pietatis. Miser homo qui totus pergens in ea quae foris sunt: & ignarus interiorum suorum putans se aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. Exterior em quippe superficiem intuens salua sibi omnia suspicatur: non sentiens vermem occultum qui interna corrodit. De assumptione marie. ser. secundo. Videas enim interuum sic palliatum hominem: ut seducat etiam semetipsum. Solas modo det manus ad opera mandatorum: corde penitus arido: ductus con-

fuetudine quadam. In corde enim seruus est proprię voluntatis: cultor auaritię / glorię cupidus; ambitionis amator aut hęc omnia aut singula quę q̄ vicia intus fouens: & mentitur iniquitas sibi: sed deus non irridet. In sc̄to ser. de ieiunio. Attende solerter quid diligas: quid metuas: vnde gaudeas: aut contristeris & sub habitu religionis sæcularm animū sub pannis conuersionis inuenies cor peruersum. Totū enim cor in his quatuor affectionibus est: & de eis accipiendū puto quod dicit: vt in toto corde tuo cōuertaris ad dominū. Conuertatur proinde amor tuus vt nihil omnino diligas nisi ipsū: aut certe propter iesū. Conuertat̄ etiam ad ipsum timor tuus. quia p̄uersus est timor omnis quo metuis aliquid præter eum: aut nō propter eū. Sic enim & gaudium tuum & tristitia æque conuertant̄ ad ipsum. hoc aut̄ ita fiet: si non nisi sc̄dm eū doleas aut leteris. Quid enim peruersum magis q̄ letari cū malefeceris & in rebus pessimis exultare? Sed & ea quo q̄ quę sc̄dm carnem est tristitia mortem operat̄. Si pro tuo siue proximi peccato doleas benefacis: & hæc tristitia est ad salutem: Si gaudeas ad muñera gratię hoc gaudiū sanctum est: & securum gaudiū in spiritu sancto. Debes & in dilectione christi fraternis congaudere p̄sp̄eritatibus / aduersitatibus cōdolere. Verum ne ipsa quidem corporalis est parui pendenda conuersio: quia spiritalis huius adminiculum noscitur esse non paruum.

¶ Capitulum. XLV. Q̄ duobus modis a corde vita procedit.

DVobus modis a corde vita procedit. Aut quia corde creditur ad iusticiam & iustus ex fide viuit: & mundo corde deus videtur. Aut quia christus vita nostra / qui nunc per fidem habitat in cordibus nostris: & erit eū apparebit & nos cū ipso in gloria. Et qui nunclatet in corde: tunc a corde ad corpus procedet configurandū corpori claritatis suę. Vulgo dicit̄. Bonū castrum custodit / qui corpus suum custodit. Nos aut̄ non sic: sed vile sterquiliniū custodit: qui corpus suū custodit. Quoniam qui seminat in carne: de carne metet & corruptionem. qui vero in spiritu: de spiritu metet benedictionem. Ac si dicat. Colendū & custodiendum magis & anime castrum: qm̄ ab ipso vita procedit. Sed castrum hoc in terra inimicorū situm: vndicq̄ impugnat̄. Et ideo est

FL
BER

AAD
IRA

DE
SV
G

Lib er

omni custodia conseruandū. i. omni ex parte muniendū: inferius / superius / ante / & retro: a dextris & a sinistris. Inferius impugnat concupiscentia carnis. quia caro concupiscit aduersus spiritū. Superius imminet iudiciū dei. Horrendū enim est incidere in manus dei uiuentis. Retro mortifera delectatio ex recordatione preteritorum delictorū. Ante instantia tentationū. A sinistris arrogantū fratrum inquietudo. A dextris obedientiū fratrum feruor & deuotio. Et hoc duobus modis: aut bonis actibus eorū inuidendo / aut singularem eorū gratiam emulando. Ergo cōtra carnem rigor vigilet disciplinē contra iudiciū dei: iudiciū confessionis. Et hoc fit duplex. Manifestū de manifestis: occultū de occultis: quia si nos metipso iudicauerimus: nō utiq; iudicabimur. Contra delectationem ex memoria peccatorū frequentia lectionis cōtra tentationes orationis instantia. Aduersus fratrum obedientiū feruorem: congratulatio & discretio. Cōgratulatio enim expellit inuidiam: discretio nimiam emulationem.

¶ Capitulū. XLVI. De vicijs & virtutibus pariter
ōstigentibus. In sermo. de septem donis spūs sancti.

Sapientia vincit maliciā. Attingit ergo a fine vsq; ad finē fortiter: in celo dei ieiando superbū: in mundo superando malignum: in inferno spoliando auarū. Disponit omnia suauiter in celo stantes angelos confirmādo: in mundo detractos redimendo: in inferno liberando captiuos. Vel aliter. Consurgit timor cōtra negligentia: qui enim timet deū / nihil negligit. Si autē negligentia praeualuerit: parit curiositatem. qui enim in se ipso nō quiescit: foras cogitur euagari. Hæc ergo hominem a corde suo eicit contra quā pugnat pietas quæ est cultus dei: & in corde colitur qui in corde credit habitare. Curiositas si superet parit experientia malitidum enim euagatur per multa facile animus inuenit vbi adhæreat vbi noxiā experiatur dulcedinem. Contra hanc pugnat scientia: docens quid sic experiri tutū sit: quid non. Si vero praeualeat experientia generat concupiscentia: vt transeat in affectū cordis. Transijt autē in affectum cordis qui legem spernit: transiit honestatem neeratione regis. nec inhibetur pudore. Timorem autē domini penitus dereliquit: & est apud eum pro lege voluptas. Solo vehitur appetitu: sequit concupiscentia solam. Aduersus hanc cōcupiscentia

nam congregatur fortitudo: quia in illa iam ut in manu fortis liberatio est. Castigandū ergo corpus extenuanda adeps: de qua procedit iniquitas & peccandi occasiones auferendae. alioquin si concupiscentia extincta non fuerit: nascitur de ea consuetudo: ut saepe sine omni estu desiderij ad illicita pertrahat. Ex hoc iam melius est ingenium quam vires: & opus est spiritu consilij. ne forte dum persequimur concupiscentiam: substantiam destruamus. Consuetudo si victa non fuerit: parit contemptum. Aduersus istum procedat necesse est spiritus intelligentie: illuminas tenebras nostras: & lucem ostendens miserationum dei. Intelligentia enim est de inuisibilibus & abditis: quae nec experientia cognoscit: nec ratio comprehendit. Quale est: ubi abundauit peccatum: ibi superabundauit & gratia. Quae si non praua fuerit intelligentia reducere animum ad spem: contemptus dei cit in maliciam ubi desperat de venia quam post consolationem quaerit desinceptus in hac vita. Iam non est liberari: nisi contra maliciam congregiatur sapientia. ut clauus clauum expellat & dulcedinem perniciosam amarum reddat dulcedo spiritalis immissa. Sic sapientia vincit maliciam: attingit a fine usque ad finem. a timore usque ad sapientiam. fortiter eradicans vicia singula & suaviter disponit omnia: singulas inserendo virtutes. Expellit enim negligentiam & timorem immittit: expellit curiositatem & immittit pietatem: & sic de alijs & eandem expulsa malicia: sapientia regnat. Ergo quae negligentia obdormit: curio sitas peius excitat. attraxit experientia: tenuit concupiscentia: ligauit consuetudo: contemptus misit in carcerem: malicia iugulauit. E contra vincente sapientia: timor excitat. demulcet pietas. sed entia dum suggerit quid & quomodo factum sit apponit dolorem fortitudo erigit: soluit consilium: intellectus de tenebris reducit ad lucem. sapientia cibatur: & salutaribus reficit alimentis.

¶ Capitulum XLVII. De voluntate & opere. In sermone de beato Stephano Ioanne & Innocentibus: qui incipit Benedictus qui.

Considerent hi qui de voluntate & opere contentiosus solent disputatibus corrumpi: considerent & aduertant neutrum negligi oportere: ubi non videtur deesse facultas. praesertim cum utriusque sine altero. ubi tamen facultas deest: salutem conferre possit. Hoc quoque firmiter teneant prodesse quidem opus

EE

AFL
BEF
AAD
IRA

DE
SV
G

Liber 43

sine voluntate. non aut contra voluntatem vt vnde saluant infantes: inde magis damnent sicte accedentes. Nihilominus in quibusdam voluntas sine opere sufficiens est non aut contra voluntatem opus: verbi causa. Rapitur quis in bona voluntate. sed necdum perfecta: nondum idonea martyrium sustinere. Quis illi audeat pro hac imperfectione negare salutem. Forte enim propterea non sinitur in illam grauem tentationem venire: ne deficiat & damnetur. Nimirum si in hac tam infirma voluntate induceretur in eam quae super ipsum est tentationem nec voluntas roboraretur: quis illum dubitet defecturum & negaturum: etsi in eo mori contigerit: etiam damnandum. In ea igitur imperfecta voluntate in qua saluatur ubi deest facultas operis: iam non posset saluari propter defectum operis vel opus defectionis. Idem vero & in ignorantia posset accidere. Agamus proinde gratias benignissimo & largissimo saluatori / qui salutis humanae occasiones tam copiosa caritate perquirat: vt in his voluntatem & opus / in his sine opere voluntatem / in his etiam sine voluntate opus salutis inuenire letetur.

¶ Capiculum. XLVIII. De timore & iustificatione

In epistola ad Thomam praepositum de Beruela.

PRaecedit timor vt sequatur iustificatio. Forfan ergo timore vocamur: amore iustificamur. Audiat itaque in sui vocatione peccator quod timeat: & sic accedens ad solem iusticiae videat illuminatus quod diligit. Quid namque est illud: Misericordia domini ab aeterno & vltique in eternum super timentes eum. Ab aeterno propter praedestinationem: in eternum propter beatificationem. Altera carens principio: altera nesciens finem. Siquidem quos ab aeterno praedestinat: in aeternum beatificat. intercedente sane media vocatione vna cum iustificatione: dumtaxat in adultis. Sic ad ortum solis iusticiae sacramentum absconditum a saeculo / de praedestinati & beatificandi emergere: quodammodo incipit ex abisso aeternitatis dum quisque vocatus per timorem: iustificatus per amorem praesumit se quoque de numero esse beatorum / sciens nimirum quia quos iustificauit: illos & magnificauit. quid enim? Audit se vocari cum timore concutitur: sentit & iustificari: cum amore perfunditur: & de magnificatione diffidet. Initiatur: prouehitur de sola consummatione desperabit. Nempe si initium sapientiae timor domini in quo dicta est

esse nostra vocatio / quid nisi prouectus in sapientia est timor dñi
is dumtaxat q̄ interim ex fide est: ex quo & nostra iustificatio fit:
Quid item nisi cōsummatio in sapientia est: ipsa quam in fine spe-
ramus: de diuina illa & deifica visione glorificatio?

¶ Capitulum. XLIX. De duplici abisso. vbi supra.

Sic abyssus abyssum inuocat in voce cathartarū tuarū: cum
in terrore iudiciorū suorū immensa illa æternitas & æterna
illa immensitas: cuius sapientiæ nō est numerus. cor hominis
prauum & inscrutabile mira sua bonitate & potentia educit in ad-
mirabile lumen suū. verbi gratia. Ponamus hominem in seculo se-
culi adhuc & suę carnis amore retentū. & cum terrestris hominis
imaginem portet: incubantem terrenis: nil de cœlestibus cogitantē
quis hunc non videat horrendis circūfusum tenebris: nisi q̄ in ea-
dem umbra sedet. quippe cui nullū adhuc suę signum salutis illu-
xerit: cui necdum in aliquo interna testetur inspiratio / an de se bo-
ni quippiā æterna teneat prædestinatio? At vero si superna eū mi-
seratio dignanter quandoq; respexerit / immiseritq; spiritū cōpun-
ctionis: quatenus ingemiscat & resipiscat. mutet vitam: domet car-
nem: amet proximū: clamet ad deū: proponatq; de cætero viuere
deo non sæculo: ex qua deinde superni luminis gratuita visitatio-
ne & subita mutatione dexterę excelsi agnoscat se merito quidem
iam non ire sed gratię filiū. quippe qui paternū erga se merito di-
uini bonitatis experitur affectū: quod se utiq; hæcenus intantum
latuerat / vt nō solum non nesciret vtrū an dignus amore an odio
foret. Verū etiam odiū magis & non amorem propria conuersa-
tio testaretur. Erant enim adhuc tenebrę super faciem abyssi. Nō
ne is tibi videtur quasi de abyssu profundissima ac tenebrosissima
horrendę ignorantię in aliam quandā quoq; trahi abyssum e re-
gione amœnā & lucidam claritatis æternę: Et tunc demū quasi di-
uidit lucem a tenebris: cū peccator sole illucescente iusticię abiectis
operibus tenebrarū induitur arma lucis. & is quem prior vita ac
propria conscientia tanq; reuera filiū gehennę deputauerat ardo-
ribus sempiternis: ad tantā visitantis se orientis ex alto dignationē
respirans. gloriari etiā incipit præter spem in spe glorię filioꝝ dei
quam iam nimirum e vicino reuelata facie / exultans nouo in lu-
mine speculatur.

FL
BER
AAD
ERA

DE
SV
G

Liber

¶ Capitulum, L. De gemino argumento amoris dei erga nos, vbi supra.

Nemo se amari diffidat: qui iam amat. Libenter dei amor nostrum quem praeuenit subsequitur. Nam quomodo redamare pigebit quos amauit: & necdum amantes se? Amauit inquam amauit. Habes enim dilectionis pignus spiritum: habes & fidelem testem Iesum & hunc crucifixum. O geminum ipsumque firmisimum erga nos dei amoris argumentum. Christus moritur & meretur amari. Spiritus afficit & facit amare. Ille facit cur amet: iste ut ametur. Ille multam suam dilectionem commendat in nobis: iste & dat. In illo cernimus quod amemus: ab isto sumimus unde amemus. Caritatis igitur ab illo occasio: ex isto affectio. Quanta confusio dei filium ingratis oculis cernere morientem? Quod quidem facile contingit si desit spiritus. Nunc autem quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: amari amamus/amantes amplius meremur amari. Cum ergo teneamus geminum nostrae salutis iudicium/geminam sanguinis & spiritus effusionem: neutra sine altera prodest. Nam nec spiritus datur nisi creditibus in crucifixum: nec fides valet si non operatur ex dilectione/dilectio autem donum spiritus est.

¶ Capitulum, LI. De duplici consilio bonorum scilicet & malorum. In epistola ad Thomam propositum de Beruela.

Cum mors animae peccatum sit: vita eius sine dubio iustitia est: quam iustus ex fide uiuit. Iustus autem quis est: nisi qui amati se deo vicem rependit amoris? Quod non fit nisi reuelante spiritu per fidem homini aeternum dei propositum: super sua salute futura. Quae sane reuelatio non est aliud quam infusio gratiae spiritualis per quam dum carnis facta mortificantur: homo ad regnum preparatur. simul accipiens in vno spiritu/ & unde se presumat amatum/& unde redamet ne gratis amatus sit. Hoc utique est illud sacre secretumque consilium quod a patre filius in spiritu sancto accipit: suis quos nouit per eundem spiritum iustificando eos communicat:& communicando eos iustificat quando id quisque accipit in sui iustificatione: ut incipiat & ipse cognoscere sicut & cognitus est: cum videlicet datur & ipsi presentire aliquid de suis ipsius futura beatitudine quemadmodum ab aeterno latuit in predestinante plenius apparuit.

rum in beatificante / de qua iam percepta suimet ex parte notitia.
interim quidem gloriatur in spe: nondū tamen in securitate. Quā
miserandi qui ad tam iocundū iustorū consiliū nullū adhuc te-
nent suę vocationis testimonium? Sed habetis & vos o infelices
amatores sæculi male securi: velstrū seorsum a iustis cōsiliū. Squa-
ma squamę conjungit: & non est spiraculū in vobis. Habetis in-
quam & vos o impij cōmunicatū adinuicem consiliū: sed plane ad-
uersum dominū & aduersus christū eius. Etenim si dicente scriptu-
ra pietas est cultus dei: pfecto quisquis amat plus mundū q̄ deū
impīus atq; idolatra esse conuincitur: colens & seruiens creature
potius q̄ creatori. Habentibus autē (vt dictū est) sanctis atq; im-
pijs suum ad se quibusq; consiliū: magnū proculdubio inter vtrosq;
chaos firmatū est. Nam quomodo iustus longe se facit a consi-
lio & consilio malignantiū. ita nec impij resurgūt omnino in ius-
dicio. neq; peccatores in consilio iustorum.

¶ Capitulum. LII. De profectu & defectu. In epis-
tola ad Garinum abbatem.

Perfectus non habet quo proficiat. Et qui proficit eo ipso
quo proficit perfectus nō esse cōuincit. Porro vera virtus
finem nescit: tempore non claudit. Nec vnq̄ iustus arbitrat̄
se cōprehendisse nunq̄ dicit satis est. sed semper esurit / sititq; iusti-
ciam: ita vt si semp viueret / semper quantū in se est iustior esse cō-
tenderet. semp de bono in melius proficere totis viribus conaret̄.
Non enim ad annū vel ad tempus instar mercennarij: sed in eternū
diuino se mandat famulatuī. Proinde iusticia eius manet nō aliā
quanto tempore: sed in sæculū sæculi. Sempiterna itaq; iusti estu-
ries: sempiternā meretur refectiōem. Et licet in breui cōsumetur
pro tempore: iudicatur tamen expleisse tempora multa p virtutis
perpetuitate. Quæ deniq; poterit temporū breuitas bonorum p̄
iudicare deuotioni: quæ pertinacem reprobōrū maliciā excusare
non sufficit. Ob hoc enim proculdubio inflexibilis & obstinatę
mentis punitur æternaliter malū: licet temporaliter perpetratum
quia quod breue fuit tempore: vel opere: longū esse constat in per-
tinaci voluntate. ita vti nunq̄ moreret / nunq; velle peccare desine-
ret: immo semp viuere vellet vt semper peccare posset. Itaq; inde-
fessum proficiendū studiū: & iugis conatus ad pfectionem pfectiō

EE ū

FL
BER
AD
IRA

DE
SV
G

Liber

reputatur. Quod si studere perfectioni esse perfectum est: profectio nolle proficere/deficere est. Non est stare omnino neque in incerto huius mortalis vite quicquam in eodem statu permanet, aut ascendas necesse est: aut descendas, si attentas stare tuas necesse est. Minime pro certo est bonus qui melior esse non vult: & ubi incipis nolle fieri melior tibi etiam desinis esse bonus. Hinc plane colligitur: quia nolle proficere non nisi deficere est. Vidit scalam Iacob & in scala angelos/ubi nullus residens nullus subsistens apparuit: sed vel ascendere vel descendere videbantur uniuersi, quatenus palam daretur intelligi inter profectum & defectum in hoc statu mortalis vite nihil medium inueniri: sed quomodo ipsum corpus nostrum continue aut crescere constat: aut decrecere, sic necesse sit & spiritum: aut proficere/aut deficere.

¶ Capitulum. LIII. De duplici consideratione sui.
In sermone de dedicatione qui incipit Etiam hodie.

Nonnunc de anima mea cogitans videor mihi in ea fatore velut duo quaedam contraria inuenire: si ipsam prout in se est & ex se iuxta rei veritatem intueor, nihil de ea verius sentire possum / quam ad nihilum esse redactam. Quid modo necesse est singulas eius miseras numerare: quam sit onerata peccatis, offusa tenebris, irretita illecebris, pruriens concupiscentiis, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona semper in malum, in vicium omne procliuus, postremo totius confusionis & ignominie plena? Facile est cuique nostrum si sua plenius uniuersa & sine dissimulatione vestiget & iudicet sine acceptione persone attestari per omnia apostolice veritati & libere proclamare. Qui se putat aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. Quid est homo quia magnificas eum: ait si delis & deuota confessio, aut quid apponis erga eum cor tuum? Quid? Sine dubio vanitati similis factus est homo: ad nihilum redactus est homo / nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est quem magnificat deus? Quomodo nihil: erga quem appositum est cor diuinum? Respiremus fratres et si nihil sumus in cordibus nostris: forte in corde dei potest aliquid latere de nobis. O pater misericordiarum, O miserorum pater, Quid apponis erga eum cor tuum? Scio scio ubi thesaurus tuus tibi est & cor tuum, Quomodo ergo nihil sumus: si thesaurus tuus sumus? Omnes gentes quasi non sint sic sunt

coram te: & tanq̄ nihilū & inane reputatę sunt: Sicquidem ante te: sed non sic intra te, sic in iudicio veritatis tuę: sed non sic in affectu pietatis tuę. Nimirū vocas ea quę non sunt/tanq̄ ea quę sunt. Et non sunt ergo/ quia quę non sunt vocas: & sunt quia vocas. Licet enim nō sint quantū ad se: apud te tamen sunt, vtiq̄ iuxta apostolum/non ex operibus: sed ex vocante. Sic nimirū sic consolaris in pietate tua quem in veritate tua humiliasti vt magnifice dilateſ in tuis qui merito angustiat in visceribus suis. Quid est inquit homo quia magnificas eum? Magnus itaq̄/ sed in illo siquidem magnificatus ab illo. Aut quomodo non magnus apud illū cui tam magna est cura de eo? Propterea sane geminā illam considerationem: alterā quidem iudicię & veritatis: alterā vero non incongrue vocari credimus fidei & pietatis. Nec mirabere in humanis qualitatibus tam dissimilia reperiri si solerter aduerſas: quāta & in ipsa eius substantia conuenisse videtur diuersitas naturarū. Quid em̄ vita sublimius: quid vero humilium limo terre. Quam profecto tā discohærentiū in homine cohærentiā rerum ipsos quoq̄ sapientes sæculi huius arbitror non latuisse/ cū hominem diffinirent animal rationale mortale. Mirabilis siquidem copula rationis & mortis. Mira societas discretionis & corruptionis. Sic nimirū sic in cordibus/ sic in affectionibus: sic in studijs hominū non minor forte & amplior contrarietas inuenit: vt si totam prauitatem seorsū intuearis/ ac rursus quicquid boni videtur inesse consideres: singulatim plenum censeas esse miraculo: q̄ tam aduerſa conueniant. Iam si in vtraq̄ cōsideratione diligenter inspexerimus nos quid sumus/ immo in vna q̄ nihili in altera q̄ magnificati. quippe pro quibus etiam sollicitudinem gerat tanta maiestas & cor suum apponat erga nos: puto temperata videt̄ gloriatio nostra: sed forte aucta est. solidata tamen: vt nō in nobis sed in dño gloriemur.

¶ Capitulum. LIII. De duplici pudore. In libro de laude nouę militię. capitu. xij.

Est pudor adducens peccatū: & est pudor adducens gloriā. Bonus pudor quo peccasse aut certe peccare confunderis. Et licet omnis humanus arbiter forte absit/ diuinum tamen q̄ humanū tanto verecūdius reuereris aspectū: quanto & verius deum q̄ hominem cogitas puriorem. Tantoq̄ cū grauius offensa

FL
BER
AD
IRA

DE
SV
G

Liber

¶ *Ita peccante quanto constat longius ab illo esse omne peccatum. Huiusmodi proculdubio pudor fugat peccatū opprobrij; parat gloriam / dum aut peccatū omnino nō admittit aut certe admissū & poenitendo punit; & confitendo expellit. Si tamen etiam gloria nostra hæc est: testimoniū conscientie nostræ. Quod si quispiam confiteri confunditur / id quo q̄ vnde cōpungitur: talis pudor peccatum adducit; & gloriā de conscientia perdit quando malū quod ex profundo cordis cōpunctio conatur expellere: pudor ineptus obstruso labiorū hostio non permittit exire. In quibusdam dictis O verecundia expers rationis inimica salutis: totius ignara honoris & honestatis. Ita ne verecundū est homini vinci a deo; & p̄broducit humiliari sub potenti manu altissimi. Summū victorie genus diuine credere maiestati & auctoritati matris ecclesie non reluctari: summus honor & gloria. O peruersitas. Non pudet ingnari; & abluī pudet. Est pudor iuxta sapientem adducens gloriā: si videlicet peccare pudeat si non pudeat vel peccasse. Et illa vel sera gloria non carebit; reducete nimirum pudore quam culpa fuga uerat.*

¶ Capitulum. LV. De lege & gratia, Super cantica, sermone, xxx.

Non sicut gratia ita & lex. Quam dissimili vultu ad omnē conscientia se offerunt suauitas huius & austeritas illius. Quis sane ex æquo respiciat condemnantem & cōsolantem; repositentem & ignoscentem; plecientē & amplectentem. nō pari profecto amplexabit voto umbra & lux; ira & pax, iudiciū & misericordia, figura & veritas, virga & hæreditas; frantum & osculum. Graues deniq; moysi manus testibus Aaron & Hur. Graue legis iugū testibus ipsis apostolis: quod & sibi & fratribus importabile damitāt. Graue iugum & vile præmiū: nam terra est in promissione. Verū tu mater ecclesia promissionem habens vite quæ nunc est & future; facile in duplici gratia obtines ab vniuersis te recipi. & propter iugum suaue: & propter regnum sublime pulsa de ciuitate / ab vniuersitate exciperis dum puocat sic quod promittis: vt quod imponis non terreat.

¶ Capitulum. LVI. De duplici genere præceptorum. In quibusdam sententijs.

DVplex in lege veteri præceptorum genus inuenio, Sunt enim moralia quædam: vt est. Non concupisces. non aduulteraberis. honora patrem & matrem. & his similia. Sũt etiam figuratiua & vmbatilia quædam: vt est taurorũ immolatio / & sanguis hircorũ. Veruntamen carnalis ille populus nec illa implere poterat: nec in his obtinere salutem. Quæ enim cõsequen tia rationis / vt homine peccante aries immolare? Nouerat dominus iudeorũ corda carnalia: vnde & carnalia eis tradidit sacramen ta quæ non possent iuxta conscientiã perfectũ facere seruientem in iusticijs carnis. Venit proinde plenus gratia & veritate christus dñs noster: vt ex hoc iam moralia quidem implerentur per gratiã. Quæ vero vmbatilia & mistica fuerãt reuelata veritate. deinceps non ad literam obseruentur: sed scdm spiritũ spiritualiter intelligan tur. propterea iam non aries vel taurus homine peccante mactat: sed viua corporis hostia: rationale & acceptabile sacrificium in ieiunijs & laboribus veniã pariter merentur & gratiam.

¶ Ca. LVII. De duplici ira dei. Sup cantica. ser. xliij.

SI zelus domini te deseruit & amor: nec eris amore dignus qui indignus castigatione censeris. Tunc enim magis irascitur deus: cum non irascitur. Misereamur impio (inquit) & non discet fa cere iusticiam. Misericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram miseratio ista: sepiens iusticię mihi vias. Volo mihi irascaris pater misericordiarũ: sed illa ira qua corrigis deũ / non qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna animaduersio parit: hoc formidolosa nutrit dissimulatio. Non cum ego nescio: sed cum sentio te iratũ / tunc maxime confido propiciũ. Etenim cum iratus fueris misericordię recordaberis.

¶ Capitulum. LVIII. De duobus diebus. In sermo ne de vigilia natalis dñi. qui incipit. Hodie scietis.

Secundum estimationem meã duo sunt dies. Primus qui a pri mi hominis lapsu labitur vsq; ad finem mũdi. Dies cui sancti s sapius maledixit noscunt. ab illa em lucidissima die in qua conditus fuerat Adam deiectus est: & in has rerum contrusus angustias / diem tenebrarum incurrit: poene a lumine veritatis extin ctus. In hac die nascimur vniuersi / si tamen dies debet & non poti us nox nominari: nisi q; lumen rationis quasi quandam scintillam

FL
BER
AD
IRA

DE
SV
G

Liber

nobis insuperabilis illa misericordia reliquit. In quibusdam dictis propterea huic diei maledixere sancti/breuem optantes & cito veriti in tenebras eo qd sit contradictionis & contentionis dies, dū non cesset in ea caro concupiscere aduersus spiritū; legiq; mentis membrorum contraria lex rebellione infatigabili contradicat. Extunc deinceps quis est homo qui viuet & nō videbit mortem: dicat pro ira quis ego non minus pro misericordia dictū putem ne electos suos propter quos omnia fiunt/diū fatiget molesta contradictio qua captiui ducunt & ipsi in lege peccati quæ est in membris ipsorum; horrent nimirū egerrimeq; ferūt turpem captiuitatem & tristem contentionem. In sermone de vigilia dñi. vbi supra. Secunda vero dies erit in splendoribus sanctorū in perpetuas æternitates/cum inclaruerit illud serenissimū mane cui est misericordia reposita: & absorpta erit nox in victoria cum dimotis vmbri ac tenebris splendor veræ lucis sursum & deorsum interius & exterius cuncta pariter occupabit.

¶ Capi. LIX. Q. ob duplicem causam nobis deus ministrat temporalia. Sup psal. Qui habitat. ser. v.

Temporalia nobis pater noster cœlestis benignissima pietate ministrat ob duplicem scilicet causam: ne vel omnino crederemus infensū si ista frustra negaret & sic desperaremus vel illorum nimia sollicitudo spiritualis exercitiū fieret detrimentū. Sine his enim neq; viuere neq; deo seruire est. Cæterū quanto strictius/tāto melius. Omnino militibus suis christus ad inferiora tendenda. i. carnem magnā vt ita dixerim sterilitatem atq; penuriā rerum temporalium donat: nec vult eos illarum multitudine prægrauari. In superioribus vero ampliorem latitudinem & abundantiam gratiæ spiritualis.

¶ Capitulum. LX. De prosperitate & aduersitate.

In ramis palmarum. sermone. iij.

Vtemperantię est præconia populi & sæculi huius prospera declinare: sic interdum iusticia est certa quidem dispensatione admittere ea. Persecutio quoq; & temporalis omnis aduersitas pro loco & tempore prudenter aliquando fugienda erit: cum autē necesse fuerit viriliter toleranda. Et in his quidem duobus prosperitatem & aduersitatem loquor/humana omnia

nis via versatur. Vbi supra. ser. ij. Istis enim mixtū & præsens sæ-
culum non sæcularibus tantū: sed etiam spiritualibus viris. Nam
& sæcularibus aliqñ quæ placent / quandoq; quæ displicent vide-
mus accidere: & ipsis nihilominus spiritualibus non semp tristia:
non semper leta succedunt: sed vespere & mane dies vnus. Verū
hæc interim dum præsens sæculū manet vel magis manat & fluit
Cæterum post hoc sæculū duo futura secula sunt valde diuisa &
diuersa: ita vt in altero non sit nisi fletus & stridor dentium: in altero
solum gratiarū actio & vox laudis. Interim sicut amatores muni-
di multa patiunt aduersa: ita nec ipsis seruus dei omnia in hoc mū-
do optata succedunt. In die ergo malorū memores sint honorū:
ne pusillanimes fiant & impatientes. In die quoq; bonorū non im-
memores sint malorū: ne extollantur & dicant in abundantia sua
non mouebimur in æternū. Sicut enim sæculariū rerum prosperi-
tas occidit stultū sæcularem: sic potest & abundantia spiritualis
prosperitatis occidere indoctū spiritualem / atq; ideo nō spiritua-
lem: spiritualis quippe diiudicat omnia. Licet enim multos fran-
gat aduersitas: tamen multos plures extollit prosperitas. Deniq; quæ
vtrobiq; periculū est: orat sapiens & dicit. Diuitias & paupertas
tes ne dederis mihi ne forte aut diuitiæ extollerent in superbiam / aut
paupertas deiceret in impatientiam. In secundo libro de cōsideratio-
ne. Quam rarus semp extitit qui nō vel modice in prosperitate ani-
mū relaxarit a sui custodia & disciplina: qñ hæc non fuit incautis
ad disciplinam / q; ignis ad ceram / q; solis radius ad niuem vel gla-
ciem: Sapiens dauid: sapientior Salomon erat: sed blandientibus
nimis prosperis & secundis rebus: alter ex parte / alter ex toto de-
siipuit. Magnus qui incidens in aduersa non excidit vel parum a sa-
pientia: nec minor cui præsens prosperitas si arrisit non irrisit. quā
q; facilius inueneris qui sapientiam retinuerunt contraria sibi fortu-
na: q; qui propicia non perdiderunt. Præferendus etiā ille & ma-
gnus est cui inter prospera saltem risus indecentior / aut sermo in-
solentior / aut immoderatio cura vestis vel corporis nō irrepsit.

¶ Capitulum. LXI. De gemina vnitate bonorum

V De assumptione beate marię. sermone. v.
Nitas bonorū gemina est. Alia est enim quæ iustificat:
alia quæ glorificat. Illa meritū: ista præmiū est. Vnitas

FF ij

FL
BER
AAD
ERA

DE
SV
G

quæ iustificat/nunc potissimū necessaria est. ipsa est enim decus
suauitatis:quam dulcedine sacra insonat psalmista. Ecce q̄ bonū
& q̄ iocundum:habitare fratres in vnū. Ipsa est vnitas quam sum
ma diligentia obseruandā tradidit apostolus dicens. Solliciti serua
te vnitatem spiritus in vinculo pacis. Seruatur aut̄ hoc vnitatis bo
num duobus modis ab his qui curā gerunt seruandi. Debet quisq̄
q̄ perfectus vnitatem habere ad seipsum: debet & ad proximum
Ad seipsum per integritatem: ad proximū per cōformitatem. Om
nis quippe creatura & maxime rationalis debet suū principiū imi
tari. Cum igitur deus noster sit vnus & idem atq̄ in seipso perfe
ctus nec vllō indigens: inest ei tamē benignitas erga nos & amor
ex beniuolentiā in nos veniens. Debemus & nos quisq̄ sibi vnus
esse per integritatem virtutis: & vnū cum proximis per vinculum
dilectionis. Sed hanc vnitatem quā quemq̄ sibi ipsi diximus debe
re habere: tria sunt quę impedire solent. Nimitas/pusillanimitas
leuitas. Et nimij quidem sunt qui putant se posse quæ nō possunt
& quę nō acceperūt præsument Pusillanimes cōtrarij sunt nimij
Leues & inconstantes sunt qui circūferuntur omni vento doctri
nē quibus quod ante placuit nunc displicet. & quod nunc eligūt:
post paululum reprobant. Sed quid prodest hęc vicia enumerasse
nisi etiam doceamus quibus remedijs ea possit in seipso quisquis
curare. Igitur contra nimitatem opponenda est consideratio pro
prię fragilitatis. Ipsa est enim quæ odiosam præsumptionem po
tissimū deijcit. Contra pusillanimitatem habenda est diuine pote
statis fiducia: vt quod tuis viribus te non posse putas: ex illius ada
iutorio possis. Contra leuitatem adhibenda est consultatio senio
ris: ne scilicet doctrinis varijs & peregrinis abducaris. Vnitas etiā
illa quā habet quisq̄ ad proximū: duobus modis habet. dum &
nos p̄ dilectionem tendimus in alterū / & alterius quoq̄ vicissim
in nobis recipimus affectū. Et hoc etiā duobus modis impedit:
obstinatione & suspitione. Obstinatio non permittit nos ad alte
rius cor ingredi: suspitio patitur credere nos ab alijs amari. Ita fit
vt dum nec nos aliū obstinati diligimus: nec ab alijs diligere nos su
spiciosi putamus. & sic vnitas quæ cū proximis habenda est impe
diatur: verum huic duplici morbo duplex caritas medetur. Illa scilicet
licet quæ non sua quærit / & iterū illa quæ omnia credit. Habeat



obstinatus caritatem: nō quærentem quæ sua sunt / & alios diligat. Habeat suspiciosus caritatem: omnia credentem / & ab alijs se diligere sine dubio credat.

¶ Capitulum. LXII. De duplici generatione.

In sermone de diligendo deo.

Quandiu stare præiens cernitur sæculū in quo generatio aduenit: & generatio præterit / non deerit electis consolatio de memoria dei: quibus nondū de præsentia plena resurrectio indulget. Iustum quippe est ut quos præsentia nō delectant: præsto eis sit memoria futurorū. & qui de rerū fluentiū qualibet affluentia despiciunt consolari: recordatio illos delectet æternitatis. Et hæc est generatio quærentiū dominū: quærentium non quæ sua sunt: sed faciem dei Jacob. Dei ergo quærentibus & suspirantibus præsentia præsto interim & dulcis memoria est: nō tamen qua satientur / sed qua magis esuriant unde fatiant. Ve tibi generatio praua atq; peruersa. Ve tibi popule stulte & insipiens qui & memoriā fastidis: & præsentiam expauescis. Merito quidem Nec enim modo liberari vis de laqueo venantiū. Siquidem qui diluites volunt fieri in hoc sæculo incidunt in laqueū diaboli: nec tūc a verbo aspero liberari poteris. O verbū asperū. O sermo durus. Ite maledicti in ignem. At vero generatio rectorum benedicet: qui utiq; cum apostolo siue absentes siue præsentis cōtendunt placere deo. Tunc illa generatio quæ non direxit cor suum & non est creditus cum deo spūs eius. sed magis sperans in incerto diuitiarū: sero quidem experietur / q̄ in illius cōparatione doloris iugum christi suaue & onus leue fuerit. cui tanq̄ graui & aspero: duram ceruicem superbe subduxit. Non potestis o miseri seruire māmone: simul post aurū abire & probare q̄ suauius est dñs. Proinde quem suauem in memoria non sentitis: asperum proculdubio in præsentia sentietis. Cæterū fidelis anima & suspirat præsentiam inhiat: & in memoria requiescit suauiter.

¶ Cap. LXIII. De fide & specie. Sup can. ser. xxxi.

Viuimus in umbra christi qui per fidem ambulamus & carne ipsius pascimur ut viuamus. Caro enim christi vere est cibus: at illud sane donec viuimus inter gentes. Nā inter angelos aliter / q̄ iam indifferēte omnino fœlicitate cū ipsis

AFLE
BER
AAD
IRA

Liber

videbimus eū sicuti est, hoc est in forma dei: & nō in umbra. Quo modo enim non est distinctio eius qui per fidem ambulat: & illius qui per speciem: Ergo iustus ex fide uiuit: beatus exultat in specie. Et ideo sanctus homo interim uiuit: in umbra christi: sanctus angelus in splendore vultus glorię gloriatur. Et bona fidei umbra q̄ lucem temperat oculo caliganti: & oculum præparat luci. Quicquid sane est illud quod videt angelus: hoc mihi fidei umbra seruat fideli sinu repositum / in tempore reuelandū. An non expedit tenere vel inuolutum quod nudū non capis. Sup cantica, ser. xlvij. Umbra christi caro eius. Umbra eius fides. Quomodo mihi non umbrat caro: qui in misterio māduco eam? In umbra sumus quādiu per fidem ambulamus: & nō per speciem & ideo iustus in umbra qui ex fide uiuit. At qui uiuit ex intellectu beatus est: quia non in umbra sed in lumine. Prius venire ad umbrā: & ita ad id cuius umbra est pertransire. Vide ergo vt uiuas in umbra eius: vt qñq̄ regnes in lumine eius. Nec enim tantū habet umbrā: habet & lucē. Ipse per carnem umbra est fidei: ipse est intelligentię lumen per spiritum: & caro enim est & spūs. Caro in carne manentibus: spūs in futuro. Nos vero interim christi carne pascamur: misteria venemur: exempla sectemur / fidem seruemus & uiuimus profecto in umbra.

¶ Capitulum. LXIII. De duobus quæ in intentione necessaria sunt. In quibusdam dictis.

PVra erit intentio si in omni actione nostra / aut honorē dei aut edificationem proximi / aut bonam conscientiam quæramus. Duo quidem in intentione necessaria requirunt. Res & causa. id est quid intendas: & propter quid. Ex his sane duobus anime vel decus vel deformitas iudicatur. verbi causa. Si intendat quis animū inquirendę veritati atq̄ id solo veritatis amore: nōne is tibi videtur & rem & causam habere honestā? Quid si minime quidem veritatis desiderio: sed aut inanis glorię / aut alterius qualiscunq̄ cōmodi temporalis obtentu in veritatem intenderit? Iam etsi vnam partem bipartite intentionis videtur habere formosam: non tamen vt arbitror dubitabis iudicare vel ex parte deformem: cuius alteram partem cause turpitudine cōciderit. Si aut vides hominem nullis honestis studijs intendentem: sed carnis irretitū ille-

cebris, ve
fecidit
proba in
ris anim
dere aut
et. cuius
ne respici
& magis p
me ob vit
non quide
dicimus
ud q̄ in c
gocium
habere d
decoris q
non potest
solum de
bipartite
acipiale
¶ C
L
qu
L
vel in quo
pax est. Ne
trium. Qu
q̄ consert
ita gratia
conlenti
de pecor
tarius co
ret. siue it
danti grat
¶ C
E

cebris, ventri & luxurie deditū, quid istum: nonne ex vtraque parte
 foedissimū iudicabis / in cuius vtiq; intentione & res & causa re-
 proba inuenitur? Ergo intendere non in deū; sed in saeculū / saecula-
 ris animę est; nec vllam prorsus partem speciosam habentis. Inten-
 dere autē quasi in deum sed nō propter deū; ypocrite plane animæ
 est, cuius etsi vna pars decora videtur q; ad deū qualicūq; intentio-
 ne respiciat; ipsa tamen simulatio omne in ea decorū exterminat /
 & magis per totum ingerit foeditatem. Si autē vel solum vel maxi-
 me ob vite presentis necessaria; ad deū conuerterit intentionem:
 non quidem foedeypocrisis putridā pusillanimitatis tamen vicio
 dicimus subobscuram & minus acceptā. Porro intendere in alia
 ud q; in deū; tamen propter deū non ocium Marię; sed Marthę ne-
 gocium est. Absit autē vt quæ huiusmodi est / quicq; illam dixerim
 habere deformē, nec tamen ad perfectū affirmauerim peruenisse
 decoris quippe quæ adhuc sollicita est & turbaē erga plurima; &
 non potest ter renorū actū vel tenui puluere non respergi. Ergo
 solum deū inquirere propter ipsum solum hoc plane est vtramq;
 bipartite intentionis partem habere pulcherrimā atq; id propriū
 a speciale sponse christi.

¶ Capitulum. LXV. De gratia & libero arbitrio.

In libro, de gratia & libero arbitrio.

Liberum arbitrium saluatur. Tolle liberum arbitriū; nō erit
 qui saluetur. Tolle gratiam; non erit vnde saluetur. Opus
 hoc sine duobus fieri non potest: vno a quo fit; altero cui
 vel in quo fit. Deus auctor salutis est. Liberum arbitriū tamen ca-
 pax est. Nec dare illam nisi deus; nec capere valet nisi liberum arbi-
 trium. Quod ergo a solo deo & soli datur libero arbitrio / tā abs-
 que consensu esse non potest accipientis; q; absq; gratia dantis. Et
 ita gratiæ operanti salutem cooperari dicitur liberū arbitriū dum
 consentit; hoc est dum saluatur. consentire enim saluari est. Pro in-
 de pecoris spiritus salutem huiuscemodi minime capit q; illi volun-
 tarius consensus desit quo saluanti videlicet deo placide obtempe-
 ret. siue iubenti acquiescendo / siue pollicenti credendo / siue red-
 denti gratias agendo.

¶ Capitulum. LXVI. De voluntario consensu
 & naturali appetitu, vbi supra.

FLC
BER
AAD
IRA

DE
SV
6

Liber

Aliud est voluntarius consensus: aliud naturalis appetitus. Posterior quippe nobis communis est cum irrationabilibus: nec valet consentire spiritui carnis irretitus illecebris. Huc communem habentes cum bestiis: consensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi liber sui: siquidem non cogitur nec extorquetur. Est quippe voluntatis non necessitatis: nec negat se/nec præbet se cuique nisi ex voluntate. Alioquin si compelli valet inuitus violentus est: non voluntarius. Vbi autem voluntas non est: nec consensus. Non enim est consensus nisi voluntarius: vbi ergo consensus: ibi voluntas: porro vbi voluntas: ibi libertas. Et hoc est quod dici puto liberum arbitrium.

¶ Capitulum. LXVII. Quid habeamus ex gratia: quid ex libero arbitrio. Ibidem.

Velle inest nobis ex libero arbitrio: non etiam posse quod volumus: Non dico velle bonum aut velle malum: sed velle tantum. Velle etenim bonum: profectus est: velle malum: defectus. Velle vero simpliciter ipsum est quod vel proficit vel deficit. Porro ipsum ut esset: creans gratia fecit, ut proficiat: saluans gratia fecit: ut deficiat ipsum se deiecit. Itaque liberum arbitrium nos facit volentes: gratia beniuolos. Ex ipso est nobis velle: & ex ipsa bonum velle. Quemadmodum namque aliud est timere simpliciter, aliud timere deum, & aliud amare & aliud amare deum. Timere quippe & amare simpliciter quidem prolata: affectiones cum additamento autem virtutes significant. Itaque quoque aliud est velle: aliud velle bonum. Simples namque affectiones insunt naturaliter nobis tantum ex nobis additamenta ex gratia. Nec aliud profectus est: nisi quod gratia ordinat quas donauit creatio: ut nil aliud sint virtutes nisi ordinate affectiones. Adeo igitur velle quomodo & timere/quomodo & amare accepimus in conditione nature: ut essemus aliqua creatura. Velle autem bonum quomodo & timere deum / quomodo & amare deum accipimus in visitatione gratie: ut simus dei creatura.

¶ Cap. LXVIII. De presentia nostra cum deo & peregri nationem nostra ab ipso. In li. de precepto & dispensatione

In quantum cognoscimus tantum presentia contemplantes: iam cum domino sumus. In quantum adhuc tantum de futuris prophetamur credentes que non intelligimus: sperantes que non vides

mus. a de
& vnde
sificand
ritus ne
vbi in
volunta
deu ama
lo presen
quidem
hauserit.
fonti qui
amatim
In eo au
tibus oc
deo que
peregri
nostra ni

P
D
luti dicit
aliud est
in virtute
tam plac
igitur ita
tis depur
honore
virtute
tur: &
equit
negotia
suo. Er
ficio
a vero d

mus, a domino peregrinamur & in corpore. Vel aliter Habemus
 & vnde corpori & vnde dño inhæreamus; illud viuificãdo & sen-
 sificando, illum credendo & diligendo, neq; enim præsentior spi-
 ritus noster est vbi animat; q̄; vbi amat, nisi forte magis esse putet
 vbi inuitus & ex necessitate tenetur; q̄; quo sponte & alacri fertur
 voluntate. Deniq; vbi est thesaurus tuus; ibi est & cor tuū. Item si
 deū amans; anima ex ipso viuūt; vti corpus ex ipsa; quo pacto q̄;
 so presentior esse contenditur; vbi dat q̄; vnde accipit vitã; Fons si
 quidem vitæ caritas est; nec viuere animã dixerim / quæ ex illo nō
 hausert. Haurire porro quomodo potest; nisi fuerit præsens illi
 fonti qui caritas est; quæ deus est. Præsens igitur deo est qui deū
 amat; in quantū amat, in quo enim minus amat; absens pfecto est
 In eo aut minus deum amare conuincit; q̄; carnis adhuc necessita-
 tibus occupatur. Illa vero circa corpus occupatio; quid est nisi a
 deo quedam absentatio; Et absentatio quid; nisi peregrinatio; Et
 peregrinamur ergo a domino; & in corpore peregrinamur, cuius
 nostra nimirū & intentio p̄peditur; erunt & curis caritas fatigat.

¶ Capitulum. LXIX. De virtute & sapientia. Su-
 per cantica sermone. lxxxv.

DOnum dei est virtus deputanda in datis optimis. Cogna-
 ta virtus sapientiæ est. Vnum tamen in anima effectum
 non habent; sed ad illius varias & diuersas necessitates; ve-
 luti diuersa sese participanda accommodant. Iuxta quam rationem
 aliud est animo virtute agi & aliud sapientia regi; aliud dominari
 in virtute; aliud in suauitate deliciarum. Vigor nãq; virtutem; sapien-
 tiam placiditas animi; cum spiritali quadã suauitate demonstrat.
 Igitur stare; resistere; vim vi repellere. quæ vtiq; in partibus virtutis
 depurant. honor quidem sed labor est. Non est enim id ipsum
 honorem laboriose defendere; & quiete possidere. Non est idem
 virtute agi & virtute frui. Quicquid virtus elaborat sapientia frui
 tur; & quicquid sapientia ordinat; deliberat; moderatur; virtus ex-
 equitur. Sapientiam scribe in ocio; ait sapiens. Ergo sapientiæ ocia
 negocia sunt; & quo ociosior sapientia / eo exercitior in genere
 suo. E regione virtus exercitata clarior est; eo q; probatior / quo of-
 ficiosior. Et si quis sapientiã virtutis amorem desinierit; non mihi
 a vero deuiare videtur. Vbi aut amor est / labor non est; sed sapor.

GG

AFLE
BER
AAD
IRA

ADE
SV
G

LXXVII

Liber

Et forte sapientia a sapore denominatur. Nec dixerim reprehensendum si quis sapientiam saporem boni diffiniat. Hunc saporem perdidimus ab ipso poene exortu generis nostri. Ex quo cordis nostri palatum sensu carnis praevalente suxit virus serpentis antiqui: coepit animus desipere bonum ac sapor noxius subintrare. In sapientia mulieris saporem boni excludit: quia serpentis malicia mulieris insipientiam circumuenit. Sed nunc assidue sapientia vincit maliciam in mentibus ad quas intraverit: saporem mali quem illa intravit sapore exterminans meliori. Intrans sapientia dum sensum carnis infatuat: purificat intellectum: cordis palatum sanat & reparat. Sano palato iam sapit bonum: sapit ipsa sapientia qua in bonis nullum melius. Quam multa fiunt bona: & non sapiunt facientibus. Illi quidem non sapore boni ad illa: sed aut ratione aut quacumque occasione seu necessitate impelluntur. Et e contrario multis quae faciunt non sapiunt mala: sed ad hoc inducuntur aut metu aut cupiditate rei cuiuspiam potius quam sapore mali. Qui autem transierunt in affectum cordis aut sapientes sunt: & ipso delectantur sapore boni: aut maligni sunt. & in ipsa sibi complacent malicia: etiam nulla spe alterius commodi blandiente. Malicia vero quid nisi sapor est mali? Beata mens quam sibi totam vendicavit sapor boni & odium mali. Hoc est sapientiae victoriam feliciter experiri. Nam sapientia vincere maliciam comprobatur: cum excludit sapor mali qui non aliud quam ipsa malicia est: boni quidam intimus sapor: mentis intima occupare tota suavitate sentit. Itaque ad virtutem spectat tribulationes fortiter sustinere: ad sapientiam gaudere in tribulationibus. Confortare cor tuum & sustinere dominum: virtutis & gustare & videre quam suavis est dominus: sapientiae est. Modestia animi probat sapientem: constantia virum virtutis ostendit. In virtute stabilitas: in sapientia maturitas.

¶ Capitulum. LXX. De actiua vita & contemplatiua. Super cantica. sermone. xlvj.

Forte appetis contemplationis quietem & benefacis: ergo cura virtutum exercitio sanctum otium praeuenire. Alioquin delicato satis ocio dormire voles: si non exercitatus quiescere appetis. & Lye fecunditate neglecta: solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed etiam praeposterus ordo est ante meritum

exigere præmiū: & ante laborem sumere cibum. Non igitur putes de proprio amore quietis sanctę obedientię actibus seniorum ve traditionibus præiudicium vllatenus faciendū, alioquin nō approbat dñs tuę contemplationis inane sane ocium, propter quod non exaudiet orationes tuas: vocatusq; non veniet, nec em dabit inobedienti copiam sui tantus obedientię amator: vt mori q; nō obedire maluerit. Sup cantica, sermone, li. Ex bonis operibus recipiet consolationem mens assueta quietis: quotiens sibi lux vt assollet contemplationis subtrahitur. Quis enim nō dico continue: sed vel diu dum in hoc corpore manet: lumine cōtemplationis fruatur? At quotiens corrui a contemplatiua: totiens in actiuam se recipit. Inde nimirū tanq; e vicino familiarius reditura in idipsum quoniā sunt inuicem cōubernales hę duę & cohabitant pariter. Est quippe soror Marię martha. Neq; enim etiā a cōtemplationis lumine cadit: patitur tamen vllatenus se incidere tenebras peccati: seu ignauiam ocij sane in luce bonę operationis se retinens. Loquor vobis experimentū meum quod expertus sum. Si qñ sane comperi profecisse aliquos vestrum ex meis monitis: tunc nō me piguit fateor curam prætulisse sermonis proprio ocio & quieti. Patienter auēlor ab infœcundę rachelis amplexibus: vt mihi exuberent fructus profectuū vestrorū. Caritas enim quę non quærīt quę sua sunt: id mihi iam dudum facile persuasit nil scilicet desiderabiliū meorū vestris præferre vtilitatibus Orare: legere/ scribere/ meditari/ & si qua sunt cetera spiritualis studij lucra: hæc arbitratus sum propter vos detrimenta. Sup cantica, ser. Iviij. Hoc siquidem vera & casta contemplatio habet: vt mentem quā diuino igne vehementer accenderit/ tanto repleat zelo & desiderio acquirendi deo qui eū simpliciter diligant: vt ocium contemplationis pro studio prædicationis libentissime intermittant. Et rursus potita votis aliquatenus in hac parte: tanto ardentius redeat in idipm/ quanto fructuosius intermisisse meminerit. Et item sumpto cōtemplationis gustu: valentius ad cōquirenda lucra solita alacritate recurat. Cæterū inter has vicissitudines plerūq; mens fluctuat metuens & vehementer exstians, ne forte alteri horū dum suis affectionibus hinc inde distrahitur: plus iusto inhæreat/ & sic in vtrolibet vel ad modicum a diuina deuiet voluntate. Vnicuique quippe in huiusmodi res

FLC
BER
AAD
IRA

III V X D . 169

Liber

medium vel refugium oratio est. & frequens gemitus ad deum, ut quid: quando & quatenus nos facere velit: assidue nobis demonstrare dignetur.

¶ Cap. LXXI. De duobus generibus parienti in spirituali matrimonio. Sup. cantica ser. lxxxv.

IN spirituali matrimonio duo sunt genera parienti: & ex hoc effluunt diuersae soboles: sed non aduersae. cum sanctae matres aut praedicando animas: aut meditando intelligentias parunt spirituales. In hoc ultimo genere interdum exceditur & seceditur etiam a corporeis sensibus: ut sese non sentiat quae verbum sentit. Hoc fit etiam mens ineffabili verbi illecta dulcedine quodammodo se sibi furat: immo rapitur atque illabatur a seipsa ut verbo fruatur. Aliter sane afficit mens fructificans verbo: aliter fruens verbo. Illic sollicitat necessitas proximi: hic inuitat suauitas verbi. Et quidem leuiter in prole mater: sed in amplexibus sponsa letior. Cara pignora filiorum: sed oscula plus delectant. bonum est saluare multos: excedere autem & cum verbo esse multo iocundius. At quoniam hoc? Aut quid diu hoc? Dulce commercium: sed breue momentum: & experimentum rarum. Hoc quisquis curiosus es scire quid sit hoc verbo frui para illi non aures: sed mentem. Non docet hoc lingua: docet gratia.

¶ Cap. LXXII. De duplici excessu. Sup. can. ser. liij.

INter medios laqueos in hac vita incedit qui utique totiens non timentur: quotiens sancta aliqua & vehementi cogitatione anima a semetipsa abripit: si tamen eo usque mente secedat & auolet: ut hunc communem transcendat usum & consuetudinem cogitandi. Etenim frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Quid enim formidet luxuria: ubi nec vita sentitur. Excedente quippe anima etsi non vita certe vitae sensu necesse est etiam ut nec vitae tentatio sentiat. Vt inam hac morte ego frequenter cadam: ut euadam laqueos mortis, ut non sentiam vitae luxuriantis mortifera blandimenta. ut obstupescam ad sensum libidinis: ad estum auaritiae, ad iracundiae & impatientiae stimulos: ad angores solitudinum & molestias curarum. Moriat anima mea morte iustorum: ut nulla illa illaqueet iniusticia: nulla oblectet iniquitas. Bona mors quae vitam non auferit: sed transfert in melius. bona quae non corpus cadit: sed anima subleuat. quae sensum non sopiat sed abducit, non vitam: sed vitam eripiat laqueis. Verum

hoc ho
ru: vt j
non m
cum il
opino
nam
porum
tatis est
q: respic
Transil
sentis
elonga
dinum
promi
tis: leco

G
clerent
la fac
eterna
ma pie
praesen
Sic nite
In fine
dens a
tur. n
nia p
haber
re: nisi
sentia e
tie (pin
tina vel

Hoc homin est Sed moria aia mea morte si didi potest etiã angelo
 rü: vt p̄sentü memoria excedens/ rerü se inferiorü corporearüq;
 non modo cupiditatibus: sed & similitudinibus exuat. sitq; ei pura
 cum illis conuersatio: cū quibus est puritatis similitudo. Talis vt
 opinor excessus: aut tantū aut maxime contemplatio didi. Rerū
 etenim cupiditatibus viuendo non teneri humane virtutis est: cor
 porum vero similitudinibus speculari nō inuolui: angelicę puri
 tatis est/ vtrūq; tamen diuini muneris est. Vtrumq; excedere vtrū
 q; teipsum transcendere est: sed longe vnum / & alterū non longe.
 Transilisti carnis oblectamenta vt minime iam obedias concupi
 scentis eius: nec teneas illecebris. p̄fecisti/ separasti te: sed nondū
 elongasti. nisi & irruentia vndiq; fantasmata corporearū similitu
 dinum: transuolare mentis puritate præualeas. Huc vsq; noli tibi
 promittere requiem. Erras si citra inuenire te cōstimas locum quies
 tis: secretū solitudinis. luminis serenū/ habitaculū pacis.

¶ Capitulū. LXXIII. De duplici promissione do
 mini quæ exhibetur sæculi contemptoribus. Su
 per psalmum. Qui habitat versu. iij.

Gemina promissio domini: scilicet vite eius quæ nūc est &
 future Si enim solum promitteret regnū & in itinere des
 esset viaticum: omnino conquererent homines & respon
 derent. Magnū quidem est quod promittit: sed pueniendi illuc nul
 la facultas datur. Propterea qui post hoc sæculū vitam promisit
 eternam: ipse dandū etiã in hoc sæculo centuplū prouidentissi
 ma pietate promisit. In quibusdam dictis. Centuplum consolatio
 præsentis laboris: vita aeterna future felicitatis consummatio est.
 Sic nimirū & operarijs huius sæculi: solet cibus in opere/ merces
 in sine dari. Datum optimū & centuplū hoc desursum est: descen
 dens a patre luminū manna absconditū est. quod victori promitti
 tur/ nomen nouū est: quod nemo scit nisi qui accipit. An non om
 nia possidet: cui omnia cooperantur in bonū? An non centuplū
 habet omnū qui impletur spū sancto: qui christū habet in pectore:
 nisi q; longe plus q̄ centuplū est visitatio paradisi spūs & præ
 sentia christi: Hoc centuplum adoptio filiorū est libertas & primi
 tię spiritus: delitię charitatis. gloria conscientię. regnū dei. nō vtiq;
 esca vel potus: sed iusticia & pax & gaudiū in spū sancto. Gaudiū

AFLO
BER
AAD
IRA

DE
SV
6

Liber 28

fane non modo in spe glorie: sed etiam in tribulationibus. Hic est ignis quem voluit christus vehementer accendi. Hæc virtus ex alto: quæ andream fecit desiderare crucem. Laurentiū irridere carnificem. Stephanū in morte pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Hæc illa pax quam christus suis reliquit: quando dedit & suam. Siquidem donū & pax est electis dei: pax vtiq; & donū future. Illa superat omnem sensum: & huic quicquid sub sole placet: quicquid in mundo concupiscitur non poterit cōparari. Hæc gratia deuotionis: & hæc vnctio quæ docet de omnibus quā expertus nouit. inexpertus ignorat: quā nemo scit nisi qui accipit. Hoc centuplum est quod in hoc sæculo sæculi contemptoribus exhibetur. Nec tibi illud nostro speraueris eloquio cōmendandū: solus est spiritus qui reuelat sine causa paginā consulis: experiētiā magis require. Sapientia est cuius precium nescit homo: de occultis transfuitur nec in terra suauiter viuendum inuenit ista suauitas. Nimirum suauitas dñi est: nisi gustaueris non videbis. Non illud eruditio: sed vnctio docet. nec scientia: sed conscientia cōprehendit. Māna enim est omnem saporem habens: & odoris delectationem. requies est vera & sincera: suauis & salubris / iocūda & sancta. Hæc est promissio vitę præsentis. Nam promissionē future quis explicet? Si expectatio iustorū leticia & tanta leticia vt omne quod desideratur in sæculo ei nō valeat operari: ipm quod expectat quid erit? Oculus non vidit deus absq; te: quæ præparasti diligentibus te. Pax enim est quæ exuperat omnem sensum: pax sup pacem. In deficiens exultatio: torrens voluptatis diuine / flumen leticie / gaudium plenū. Cogita quicquid vis: quicquid potes exopta. excedit cogitatum omnem: desiderium omne exuperat illa foelicitas. æternitas illa: illa beatitudo.

¶ Ca. LXXIII. De duplici sessione sive requie corporis scilicet & aīę in futuro De colloquio Simonis & Iesu

Sedebit corpus immortalitatis & impassibilitatis: gemina quadam foelicitate dotatū. liberum ab omni necessitate: ab omni corruptione securū. alienū & immune ab omni concupiscentia plenum gratia: configuratū deniq; claritati corporis christi. Sedebit & anima nil metuens nec cupiens vltra: nimirū plena beatitudine & secura plenitudine fruens nullos iam cogitationum flu-

eius: nullos tentationum conflictus: nullos affectionum sentiens
 motus: sed aeternae illi incommutabilitati prorsus immersa. & sic vni
 ta adhaerens deo: vt vnus iam spūs sit facta cum eo. O si vnq̄ se
 debo totus quidem cuius modo nec minima quidem portio sedet:
 in quo nihil tranquillum nihil quietū. sedatum nihil, nihil vnq̄ in
 eodem pmanet statu: sed cuncta in motu sunt: omnia nutant. flu
 ctuant vniuersa. postremo vbi concupiscit adhuc caro aduersus
 spiritū: & spiritus aduersus carnem. Quidnā hominis sedere vide
 tur: Nec sola iam concupiscentia pacem turbat: impedit sessionem
 vetat esse sedatū. Sed duplex quoq̄ scdm corpus miserū hominē
 vexat contritio praesentis: videlicet sensu doloris & mortis metu
 futurę: nimirū cū & passibile sit & mortale. Duplex nihilominus
 animā agitare sollicitudo videtur: spei vtq̄ & timoris. Inter hęc
 nempe fluctuat iugiter dum peccati corpus inhabitat: ascendens
 vsq̄ ad cœlos: & iterum vsq̄ ad abyssos descendens. tabescens in
 malis. & ad bona nihilominus inardescens.

¶ Ca. LXXV. De gaudio dñi & expectatōe aīarū
 sanctarū. In ser. de oībus sctis. Aduertistis ni fallor

Hęc est plane requies domini non intercisā: non circa ali
 quid certū restricta, qm̄ in omnibus gaudet. in omnibus
 delectatur. in omnibus requiem querit & inuenit. Nam
 & bona ei placent in seipsis: & delectatur nihilominus bona ordi
 natione malorū: diligit misericordiā & iudiciū. Nec modo in bo
 norum gloria sibi cōplacet: sed in ipsis quoq̄ vtpote iustis suppli
 cijs impiorum. Quid ergo? Poterit ne putas humana anima in hoc
 gaudium dñi sui & in hanc eius requiem intrare: vt & ipsa quoq̄
 in omnibus delectetur ne aliqua iam priuata affectione contraha
 tur in rugā: sed transeat in affectum quendā generalem atq̄ diuis
 num? Poterit sine dubio si fidelis inueniatur sup pauca quæ acce
 pit militię suę tempore. id est super artus. sup sensus. sup appeti
 tus suos quos suscepit regendos. vt in his proberur qm̄ fidelis sit
 domino suo. Nec dubiū quin fidelem in modico seruū super mul
 ta constituat dñs liberalis & diues. Tunc enim fidelis seruus cōsti
 tuitur super omnia bona dñi sui: cum in gaudiū eius meret intrare
 & cum eo deinceps letari in vniuersis: in cunctis gaudere: in omni
 bus delectari. Et enim qui adhaeret deo aplo teste: vnus spūs efficit.

AFLE
BER
AAD
IRA

& voluntas eius omnino diuine adhærens voluntati fit vna cum ea: vt iam nihil quod contra eam sit inueniatur in omnibus creaturis: sed vniuersa fiant vel magis maneant pro eius arbitrio. Hec est beata spes quam expectant anime sancte.

¶ Capitulum. LXXVI. De duplici glutino cognitionis: scilicet & dilectionis quo sibi coherent lecti spūs in coelo. In ser. de dedicatōe. festiuitas hodierna

Dissuncta ligna & lapides domū non faciunt: nec in ea habitare quis potest. Sola ergo cōiunctio: domū facit. Sic celestium spiritūū perfecta vnitas sine vlla diuisione cōnixa integram & congruā deo reddit habitationem: quā ineffabiliter beatificat inhabitans gloria maiestatis. Quis enim sciret vniuersa regum consilia: aut quis omnia eorū dicta vel facta sic nosceret: quomodo palacii ligna & lapides si nō deesset illis intelligentiæ sensus? Itaq; celestis illius curiæ lapides viuī ac rationabiles: diuinitatis intersunt cōsilijs & trinitatis misteria norunt: audiūtq; verba ineffabilia quæ non licet homini loqui. Quanto enim plus vident: plus intelligunt. plus agnoscūt: tanto plus diligunt. tanto magis laudant: tanto amplius admirantur. Verū duplici sibi coherent lapides illi glutino cognitionis plene & pfecte dilectionis. Tanto siquidem maiori ad seinuicem dilectione copulant: quanto ipsi dilectioni quæ deus est viciniore assistunt. sed nec vlla separare eos abinuicem suspicio potest vbi nihil omnino quod in altero sit: alterum latere patitur penetrans omnia radius veritatis. Quoniā enim qui adhæret deo vnus spiritus est cum eo: nihil dubium est quin perfecte adhærentes ei beati spiritus cum eo pariter & in eo pendent vniuersa.

¶ Incipiunt capitula libri. viij.

- | | | |
|---|-------------------------------------|------------------------------------|
| De trinitate creata. | i. | De tribus quæ in ope nostre redē- |
| De triplici verbo. | ij. | tionis sibi inuicem copant. vij. |
| De tribus considerandis in myste- | De triplici benedictione. | vij. |
| rio incarnationis dominicæ. | ij. | De triplici gratia. |
| De triplici mixtura quā fecit deus | De iustificatione: sanctificatione: | ix. |
| in assumptiōe nostre carnis. | ij. | & glorificatione. |
| De triplici virtute nominis domi- | De triplici ministerio ministrorū | x. |
| ni nostri: quod est Iesus. | v. christi. | xi. |
| De triplici vtilitate aduēt ⁹ dñi. | vi. | De tribus modis quibus nos dilexit |

deus.
De trip
Quid
to. a
De tri
sola bl
De tri
cti natu
vel glori
De iudi
to.
De trip
& mal
De tri
pfecti
De lib
placito
De trip
licet per
tertia cu
De bon
ope que
De trip
ma cre
tertia
De in
ria.
De tri
De dip
De trip
proxim
De tri
De tri
& op
De tri
minu
De fol
te.
De tri
De tri